Linguistica
Ling. latina

6
4-e
56 M VII.28

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 F
30

6-4-e-56

[illegible]

HADRIANI
TT. S. CHRYSOGONI
S. R. E. PRESB.
CARD. BOTOIEN.
DE SERMONE LATINO,
& modis Latinè loquendi liber:

Nunc demum ſuæ integritati & priſtino nitori redditus.

Eiuſdem venatio ad Aſcanium Cardinalem.

Item iter Iulij II Pontificis Romani.

Cum Indice locupletiſsimo, quoquidem hi modi Latinè loquendi, Italicis elocutionibus ab Horatio Tuſcanella, & Gallicis à Gabriele Chapuiſio Gallo, illuſtrati, conſpiciuntur.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LVGDVNI,
Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.
1581.

AVGVSTINO AMADEO VIRO MAG. DOCTISSIMOQVE.

HORATIVS TVSCANELLA.

ROMANAE linguæ ſplendor ille, qui perfectiſſimo Ciceronis ſeculo letior illuxit; in tenebris tandiu delituit, dum eas doctiſſimorum quædam lumina cœperint detrudere. Tunc enim homines bellè, diuersè, appoſitè, & propriè ſcribebant, ac dicebant; poſteaq; deinceps, ineptè, inquinatè, ineleganter, & barbarè dixêre per diu, atq; ſunt locuti. Huiuſm odi ergo multum ingenijs debemus; quæ in nos beneficia tanta contulerunt; vt ſplendorem illum internoſcere eiuſq; clariſſimis viri radijs poſſimus. Plurimum verò HADRIANO Tit. S. Cryſogoni S. R. E. Card. Baton. Scriptori candidiſſimo, viroq; omni doctrina, & virtute ornatiſſimo; quòd nobis hunc aureum, verè in quam aureum libellum elargitus ſit, cuius auxilio bonarum litterarum theſauro frui licet. Modos hos ſæpè ac ſæpiùs perſcrutatus ſum, maximè autem admiratus, vtq; pueris eſſent apertiores;

Italicis ipſos volui elocutionibus explicare. Id ad exitum huiusoperis conſpiciendũ trado, tibiq́; AVGVSTINE quicquid oneris, & laboris ſuſtinui, ſingulari quadam animi propenſione condono, tibi omnium doctrinarum ſtudioſo, tibi liberali doctrina politiſsimo: tibi in quo ſunt plurimæ litteræ; nec eæ vulgares; ſed interiores quædam & reconditæ: tibi humaniſsimo, rectiſsimis ſtudijs; atq. artibus prædito: tibi ſuauiſsimis moribus cumulato: tibi illuſtri laude celebrato, illuſtriori tamen propediem celebrando. Mihi ſeſe offerunt penè infinita, quæ te iurè in cœlum ferunt; ſed illa ipſa ſilentio prætereo, alibi ſcripturus copioſè: prætereo quoque nobiliſsimæ familiæ tuæ originem, & viros illuſtres; in eius nanque hiſtoria vniuerſa hæc quàm diligentiſsimè complectar. Tu interim hanc meæ in te beneuolentiæ ſignificationem non aſpernaberis. Vale.

INDEX HADRIANI CARDINALIS DE MODIS LATINÈ loquendi.

A

Abdo 62
Abeſſe 72 abeſſe bi. 72
Abhinc quãdóque ablatiuo, quandóq; accuſatiuo iungi 56
Ab ineunte ætate 110
Ab initio 74
A principio ibi.
Ablegare 53
Abſit verbo inuidia 72
Abſque 115
Abſtinere manus, & continere 180
Accedere 69
Acceptum referre, expenſum referre 24
Acceptus malè 59
Accipere hoſpitio. ibid.
Accipere vulnus 57
Accipere plagã 58
Accipere cladẽ ibi.
Accipere beneficiũ 59
Accipere iniuriam 58
Accipere conditionem 59
Accipere detrimẽtum ibi.
Accipere dolorem ibid.
Acquieſcere 66
Acta ætas 109
Acutum 75
Adeo 51
Ad diem 166
Ad exemplum 139
Ad extremum 75
Adhæreſcere 67
Adijcere oculũ 73
Adire 68
Adiungere, & accedere ibid.
Ad manum eſt aliquid 127
Ad pedes deſilire 217
Ad rem facit 274
Adrepere 69
Adſcribere 77
Adſum 66
Ad tempus 250
Ad verbum, advnũ 72
Aduerſaria 64
Aduerſus animi ſententiam 108
Adulta ætas 110
Adult. ibid.
Aedificare nauem 105
Aeditimũ, an æditumum

tuũ ſit dicendum 27
Aeque, & perinde, particula coniũ-cta cum de, at-que, vt, quã 44
Aeque abſolute 45
Aes alienum 124
Aetatem viuere 110
Affecta ætas 109
Affectus 64
Afferre pedem 178
Afferre manus ibi.
Agere, ad præſcri-ptum 76
Agere ætatem 111
Agere iniuriarũ 76
Aggredior 68
Alienus 75
Alio cum particu-la, ac 38
Aliud ac ibi.
Alius ibi.
Item de alio cum particula atque coniuncto 39
Alius atque ibid.
Aliuſmodi atque ibid.
Allegare 52
Alio verſum 26
Aliquo verſum ibi.
A liter particula, cũ ac, atque coniun-cta 42
Alter 47
Alterum tãtum 49
Alter, & vigeſimus ibid.
Alter quiſquã 190
Amo 65
Amat vt cum ma-xime 86
Amabo 62
Amplius 54
Amplius particu-la, cõiuncta no-minatiuo accu-ſatiuo & ablati-uo ibid
Animaduertere 76
Animi cauſa 73
Animo præſenti 76
Applico 69
Anteuertere 209
Appoſitè 67
A primo 74
A principio ibid.
A proprio verborũ ſignificato nõ re-cedendum 33
Apuleium curioſi legunt 24
Aqua mihi hæret 183
Arbitratu meo 73
Arteria 70
Aſpicio 61
Aſpirare 63
Aſſequor 85
Aſſignare 72
Aſtringo, & relaxo 269
Aſſumo 245
At 70
Atat 71
Atque 123
Attrectare 76
Attribuo 60
Attentare 2[?]3
Autem 74
B
Barbarum 77
Belle habere 78
Bene audire ibid.
Bene cadere 77
Bene mane 78
Bene multi ibid.
Boni conſulere 79
Bona pars 78
Bene vertat 77
Bono eſſe 78
C
Caput 79
Capite aperto 80
Capite obuoluto ibid.
Cadere cauſa 89
Cauſa animi, offi-cij, &c. 73
Caueor 86
Cedo ad uerbium ibi
Cedere vita Cede-re patria 88
Cæſar lati. fuit. 21
Cæli grauitas 47
Certus 87
Certum, ſcire 274
Certũ habere ibi.
Cohors 89
Commodum 86
Commodè cadere ibid.
Comparatiuus cũ particula ac, & atque coniũctus 41
Condicere 87
Cõfectus ætate 110
Confer

Conferre manus 179
Conferre pedē 138
Confertum 103
Confertiſſimū ibi.
Confertim ibid.
Confirmare 89
Conſcendere 83
Conſcentio 87
Conſequor 85
Condicere 87
Contendo, & remitto 269
Contra particula cū ac, atque quā coniuncta 43
Continere manus 180
Contraho, & dilato 269
Conturbare 82
Cornelius Cethegus 18
Corrumpere 84
Crepare 90
Cum 80
Cur 231

D

DAre auribus 104
Dare bibere 102
Dare vitio crimini 95
Dare legare 268
Dare manus 179
Dare negotiū 104
Dare pœnas ibi.
Dare pignori 96
Dare præſtare 268
Dare promiſſa 276
Dare ſe in pedes 104
Dare ſe in viā ibi.
Dari fieri 268
De 90
Declamo 27
De die de nocte 112
Deducere ſignificat comitari, ſiue domū perducere, quādoque de ratione aliqua demere, redigere, & deinceps 98.99
Deferre nomē 109
Degere ætatē 111
Degitur vita ibid.
Deorſum verſum 267
Deponētia paſſiue ſump.
Deprecādi modus 211
Deijcere oculos 96
De meliore nota 105
Deſcribere 101
De ſententia 108
Deſidere 272
Deſpero, & deſpero 243
Dicere legem 93
Dicere ſortem 95
Dicere diem 94
Dicere ius ibid.
Dicere ſententiam 95
Dicere teſtimoniū 91
Dicet aliquis 96
Dij faciant, pro vti nam 104
Dij meliora 105
Diminuere caput 98
Differtum 103
Diſſimilis cum ac, & atque 40
Diſſimulare 105
Diſcedere à perſona &c. 102
Ducere ſortem, vitam, ſpiritum 95
Dum 97

E

EAtenus 225
Ecquæ 115
Ecquid ibi.
Ecce tibi 112
Edere 118
Edere annos 119
Edere cædem ibid.
Edere nomen 118
Edere clamorē 119
Edere exempla auaritiæ ibid.
Edere fœtus 120
Edere iudiciū ibid.
Edere ignem 119
Edere munus gladiatorum ibid.
Edere prælium ibi.
Edere riſus 120
Edere ſpiritū 118
Edere ſignum 119
Edere ſcriptū ibid.
Edere ſtragem 118
Edere ſonos ibi.
Edere oracula 119
Edere librum 118
Edere ſcelus ibi.
Eodē exemplo literas

teras accipere 69
E dignitate 57
Edituſſimum 20
Edormire 112
Efferre pedem 138
Eloquentia omniũ regina cõtabuit 23
Eloquentiã perituram Cicero prędixit 21
Ennius 18
Eo loci, quo loci 149
Aequi, boniq; facio 124
Es 105
Eſſe habere 268
Eſſe curæ aut voluptati 106
Eſſe malo 113
Eſſe bono ibid.
Eſſe numero ibid.
Aeſtimare litẽ 114
Aeſtimare capitis ibid.
Eſt quod 110
Etiam 123
Etiam num 273
Etiam nunc 270
Etiam tum 273
Euello 114
Ex 91
Exacta 106
Exacta ætate 109
Ex animo 108
Exaudio 117
Excepto 113
Excludi tempore 107
Excipere 121
Exhalare crapulã 112
Exempli cauſa 74
Execrandi modus 183
Exigere ętatẽ 111
Eximere 124
Expenſum ferre 34
Experiens vir 275
Ex re tua 157
Ex ſententia 108
Extra 115
Extra locum 106
Extrahere diem, Iudicium 122
Exigere noĩa 197
Ex vſu 111

F

Facere officium 133
Facere mecum, facere ſecum, facere nobiſcũ, vna facere ibid.
Facere verſus 134
Facere ſũptũ ib.
Facere vitium ibi.
Facere iniuriã ibi.
Facere impetũ ibi
Facere contumeliã 135
Facere modos ibi.
Facere gratum ibi.
Facere ſacrificium 128
Facere turbas 131
Facere poteſtatem 135
Facere argentariũ ibid.
Facere manũ ibid.
Facere vellaturam 136
Facere cœdem ibi.
Facere vota ibid.
Facere inſidias ibi.
Facere fumus ibi.
Facere reum ibid.
Facere mẽtionem ibid.
Facere ſcelus 127
Facere conuitium 130
Facere iudicatum 136
Facere ĩperata ibi.
Facere vindemiam ibi.
Facere ſemẽtẽ 127
Facere iuſta 132
Facere copiam ibi.
Facere medicinam ibid.
Facere iudiciũ ibi.
Facere autoritatẽ ibid.
Facere lucrũ ibid.
Facere coniecturã ibid.
Facere rem diuinã 133
Facere furtum ibi.
Facere rem ibid.
Facere verbum, & verba 131
Facere ſcriptũ 120
Facere ſtipẽdia 128
Facere prælium 135
Facere teſtamentũ ibi.
Facere dolorẽ 129

Facere iter 130
Facere flagitiũ 127
Facere iratum ibi.
Facere ludos 129
Fac eſſe, pro quo barbari dicũt,ponamus quod ita ſit 125
Facere promiſſum 130
Facere fidem 128
Facere hęredes 137
Facere periculum 129
Facere delicias 127
Facere æs alienum 130
Facere caſtra 128
Facere dãnum 127
Facere naufragiũ 130
Facere finem 128
Facere facinus 127
Factus ad vnguem 139
Facinoris, & ſceleris crimen 138
Ferre,inferre, & referre 37
Ferre ad cœlũ 126
Ferre in oculis ibi.
Firmus,&infirmus 258
Fraus 139
Frugi cũ bono ſepæ poſitum 127
G
GAudere in ſinu 247
Gemor 86
Generatim 141
Germanus ibid.
Gratulari 142
Grauatè aduerbiũ ibid.
Græcia inops verborum 26
H
HAbeo dictum 146
Habeo dicere ibid.
Habere honorem 142
Habere quæſtui,habere honori 273
Habere ſenatũ 143
Habere numer. 113
Habitare in oculis 126
Hoc ætatis,quid ſit ætatis 149
Hoc me mouet 275
Hactenus 225
Homo Romanus, homo gręcus,homo adoleſcens, homo Ital cus, homo nouus, homo conſularis, &c. 143
Homo valens 144
Honoris cauſa 74
Habere ſermonem 143
Habere iter ibid.
Habere fidem ibi.
Hortẽſius elegans 21
I
IAcere ad pedes 154
Iam à principio, iã inde vſque à pueo,iam à puero,à pueris, vſque à pueris, & à puero, iam inde ab adoleſcẽtia, iam inde vſque à pueritia 146
Iam nunc,iam tum 173
Id ætatis 148
Id temporis:per tẽpus 148
Idẽ cum ac, atque coniuncta 46
Ille alter 47
Imperfecta loquẽdi ætas 23
Impingere 150
Impreſſio ibid.
Importunus 162
In apertum proferre 276
Incidit mihi 154
In diem 164
In dies ſingulos ib.
Indormire 112
Indicta cauſa 94
Ineunte vere 110
Ineunte ætate ibi.
Infantia 150
Informare 158
Ingraueſcente ætate 110
In hunc diem, in hanc horam 163
Inijcere manus 188
Inire epulas 153
Inire gratiam 151
Inire rationem 152

In loco. 160
In manum conuenire ibid.
In manibus, inter manus 175
In manu 176
In manus dare &c. 176
Initio 74
In militem, in capita, in naues. 266
In primam diem in primam horam ibid.
In paucos dies 165
In partem particula iuncta cum atque 46
In rem eſſe 157
Inſtruere 155
In manibus eſt 176
Inire pugnam, & prælium 153
Inſanus 241
Inire vrbem 152
Inire conſulatum 153
Inire conuiuium ibid.
Inire interregnum ibid.
Inire numerum interfectorum ibi.
Inſolens 268
Integer 159
In tempus 250
Intentare mortem 153
Interdiu 193
Inſtar 154
Ire, agere 268
Ire in ſententiam 167
Iubeo te bene valere 159
Iurare conceptis verbis 147
Periurare ibid.
Iurare in verba ibid.
Iure tuo, Iure meo 154
Iuxta particula, cũ ac, atque, mecum, tecúnque cuniun cta, & quandoque abſolute poſita 46
Item, & ita 156
Item particula, cũ atque, & vt cõiuncta 41
Iterum 50
L
Labes 174
Lapide quadrato edificare 168
Lapide ſtructili, aut cementicio vel ſtructura aut rude ratione ædificare ibi.
Latinitas vera Virgilianis temporibus aboleſcere incipiebat 20
Latinorũ quatuor tempora 16
Latine loqui 175
Legare 53
Leua & ſiniſtra 175
Licet 172
Licet abſolute ibi.
Limen ſuperum 175
Lingua nuncupare 174
Liuius Andronicus primus latine ſcripſit 17
Loci, & cæli grauitas 87
Locus Plauti enodatus 18
Longe 170
Loquendi perfecta ætas 21
M
Magnus numerus 186
Male audire 78
Male cadere ibid.
Male vertat ib.
Martianus Capella 25
Maximus numerus 187
Malè acceptus 59
Manere in ſententia 108
Maxime omnium 275
Mecum facere, ſecum facere, vna facere, nobiſcum facere 133
Mea ſententia 108
Medietas 27
Meis verbis 185
Meo, tuo, ſuo, reip. nomine 187

Merito

Merito te amo 183
Mihi aqua hæret 183
Metuo ne non 190
Miles 29
Minus particula, nominatiuo, accuſatiuo & ablatiuo iuncta 56
Minimum 274
Minime omnium 175
Miſcere 102
Miſſum facere 187
Mittere ſubſidio 107
Mittere ſanguinē 184
Modice 187
Modicum ibid.
Modus agri 186
Momentum 220
More maiorū 188
Mouet me ibi.
Multa nocte, de nocte 182
Multo mane 78
Multo 171

N

NEgatio 190
Negatio ſimpliciter poſita ſine verbo metuo vereor timeo 194
Nec caput, nec pedes habere 194
Nemo 180
Nemo quiſquam, nemo homo, homo quiſquam 189
Nemo vnus, & nemo vnus vir. ibid
Ne plura, ne longum faciam, ne multis &c. 192
Ne viuam. Ne valeam 195
Ne ea res ſit mihi fraudi 139
Neue hoc neue illud 194
Nihil abeſt 251
Nihil ad Perſium 193
Nihil eſt quod 120
Nihil mihi longius 194
Nihil ſimul inuentum & perfectum 17
Noctu 193
Nomen facere 195
Nomina facere 196
Nomina exigere 197
Nomina ſimpliciter ibid.
Non habeo quod te accuſem 194
Non idem tibi, & mihi ibi.
Non ires 192
Non nemo 189
Noua fugienda 26
Nullo negotio 192
Numerus vini 187
Nunc erat 195
Nunquid Romam velis, vel nunquid me vis, &c. 193

O

OB 199
Ob pro contra 206
Obire prouinciam, obire fundos, obire ſacra ibi.
Obtinere prouinciam 199
Obtingere prouinciam ibi.
Offendere 201
Officij cauſa 73
Operam ludere 198
Operæ ibi.
Opes 201
Oportune cadere 77
Optimus maximus 202
Os 198

P

PAganus 219
Per ac pariter particula coniuncta cū atque vt 45
Pars pro virili parte 212
Participia nomina effecta 128
Parum abeſt 251
Paruo labore, ſiue paruo negotio 211
Pedibus ſtipendia facere 218

Pedibus ire 217
Peius odiſſe 219
Per fortunas per fidem 211
Per ætatem 173
Perinde quaſi 45
Perinde, & æque particula coniuncta cum ac, atque vt, quam ibid.
Permanus 178
Perpetuare 203
Perpetuus 202
Perſcribere 222
Perſcriptor ibi.
Per tempus 150
Pertinere 208
Peruadere 213
Pijsſimus 27
Planum facere 216
Plena manu 180
Plus particula ablatiuo, accuſatiuo & nominatiuo iuncta 55
Ponere in lucro & in lucris 210
Poſt hominum memoriam 184
Poſt homines natos ibid.
Poſt tempus 250
Præ 205
Præ manibus 178
Præ manu dare ibi.
Præire verba 215
Præcipito 209
Præiudicare 206
Præſtare culpā, dolum, & huiuſmodi. 203
Præſcribo 214
Præſumere 244
Præterea 214
Præter ſententiam 108
Præuertere 209
Primæ 221
Primas ferre ibid.
Primo 75
Primo quoque die 251
Primo quoque tēpore ibid.
Primoribus labris, vel primoribus digitis attingere, ſumere 217
Præcipitata ætas 110
Principio 75
Pro certo habere 174
Prodere memoriæ 216
Pro eo particula cōiuncta cum atque 46
Profiteri 221
Prouolui ad pedes 154
Propinare 102
Pro ſe quiſque vterque. 217
Pro tempore, pro loco 211
Pro virili parte 212
Proxime proprius 213
Proximè particula, cum atque coniūcta 44
Proximum, & vicinum 207
Prudens, & imprudens legum 273
Punctum, momentum 220

Q

Qua cauſa 231
Qua itineris 224
Qua de bruto ibi.
Quam 60
Quam dudum 227
Quā citiſſimè 234
Quam mox 228
Quamobrem 229
Quāplurimis 134
Quapridem 227
Quanti facere 133
Quapropter 229
Quare ibi.
Quatenus 225
Quoquo versū 267
Quaqua verſum ibid.
Quæ malum 229
Quid faceret aliud 224
Quid illi fiet, quid illi faciam 223
Quid illi factū eſt ibid.
Quid quod 228
Quiſquam 233
Quiſquā gentium 261
Quiuis vnus, quiſquam vnus, quiſquam omnium. 189
Quod te oro 224

Quod

Quod ſine moleſtia tua fiat 226
Quotannis, & ſingulis annis 167
Quotus 224
Quotuſquiſque ib.
Quouſque tādem 253
R
ROget aliquis 236
Recedere à conditione 120
Rationem habere 145
Redire in gratiam 235
Referre in codicem 64
Renunciare 235
Referre pedem 137
Referċio 103
Refertum ibid.
Relinquere præſidio 107
Reſecare ad viuum 236
Reſidere 232
Reſpectus 236
Reſpondere ad rogatum 235
Retuſum 75
Roget quis, dicat quis, petat quis 236
S
SAluere 246
Sapientia eloquentiæ fundamentum 28
Sarta tecta 249
Satin ſaluæ 248
Scienter 245
Scribere mea tua, ſua manu, nō propria 236
Scriptura 245
Sectari 247
Secundum 243
Secus particula, cū ac, atque, quā cōiuncta 41
Senecta ætas 109
Sententia deſiſtere 108
Seruire auribus 248
Sexcenti 240
Siccus 239
Si dijs placet 248
Sidonius 25
Similiter particula cōiuncta cum ac, atque, vt 40
Similis ac diſſimilis particula, coniūcta cum atque & ac ibid.
Singulis annis 167
Sortiri prouinciā 20
Stare per me 241
Statim, & confeſtim particula, cum atque quam vt, coniuncta 44
Stilus 30
Speciatim 141
Species genus 246
Spero, & ſperor 243
Stomachari 240
Studeo 237
Stultus 241
Sub 247
Sub tempus ibid.
Sub manu ibi.
Subſcribere 238
Subſcribere cauſam ibid.
Subſcriptores ibi.
Subſidere 232
Sūmum minimum 274
Sumo 244
Suo tempore 251
Suppetere 241
Superſedere 241
Supra caput ibid.
Surſum verſum 267
T
TAbeſcere 252
Tandem 253
Tantiſper dum ibi.
Tangere de cœlo 276
Tantum abeſt 251
Tempeſtas 252
Tempeſtiuum cōuiuium 251
Tempus 249
Tendere iter 254
Tendere manus 181
Tentare attentare 253
Terra rudis 262
Terra deſedit 232
Tollere manus, & oculos 179
Tollere pedes 154
Tollere manus ibid.

Tranſuerſum vnguem 254
Tribuo 69

V

VAcuus culpa 264
Valetudo infirma 258
Vbi terrarum 262
Vbi gentium ibi.
Vbiuis gentium ibid.
Vena 70
Ve 256
Vel 261
Venire hæreditatem 265
Venire in mentem illius temporis 260
Villa rudis, terra rudis 262
Venire auxilio 107
Vertere vitio 95
Verbi gratia 73
Verbi cauſa ibi.
Vicarius 266
Vicinus & proximus 207
Viuitur vita 111
Viuere vitam ibi.
Viuere ætatem 110
Vir experiens, & expers 275
Vnus aliquis 190
Vno tempore 251
Vtroque verſum 267
Vſitatis tutius vtimur 26
Vſpiam 267
Vſque ad 263
Vſque ibid.
Vſque a, vſque ab, 264
Vſque eo ibid.
Vſque iſtinc ibid.
Vſque dum 262
Vſu venire 257
Vti frui 268
Vtroque verſū 267
Vt ne 259
Vt 255
Verba quædã modo neutra abſoluta, modo actiua ſimplicia 275

FINIS.

HADRIANVS CARDINALIS SANCTI CHRYSOgoni, Carolo Principi Hiſpaniarum ſalutem.

COnſideranti mihi in hoc meo ſeceſſu, Princeps maxime, genus Latinè loquendi, quod circa magni Ciceronis tempora politum nitidum, candidũ, naturali quadam copia fœlicitatéque prouenit: nihil admirabilius videtur, quam eos autores, viros illos quidem omni bonarum literarum artiúmque genere eruditos, vno propemodum modo, vnáque natiua germanaque lingua locutos eſſe: priores, poſterófque ita longè ab illo candore abeſſe, vt non idem Latinus ſermo, ſed aut omninò diſſimilis, aliúſue, aut prorſus mutatus eſſe videatur, vt iure dicat Quint. dicendi mutauimus genus. & poſt pauca: Quid multis? totus propè mutatus eſt ſermo. Feſtus verò Pompeius, Latinè, inquit, loqui, à Latio dictum eſt: quæ locutio adeò eſt verſa, vt vix vlla pars eius maneat innoxia. Cùm autem mihi tantum nunc otij ſit, quantum antea negotij eſſe ſolebat: & (quod Deo acceptum refero) ab omni Reip. cura vacem, quæ res maximè literis deditum animum iam inde à puero, variis officiis, aut potiùs laboribus, ærumníſque diſiunxerat, Latini ſermonis non vulgares aut circunforaneos locos, ſed intimo eorum, quos dixi, autorum ſacrario abdi-

tos

tos & vetuſtate obrutos, eruere, & in lucem proferre curaui, tibíque inſcripſi, quem naturæ vis patrius auitúſque ſplendor, & ineuntis feruor adoleſcentiæ, vt aliis animi corporíſque dotibus, ita literis quoque ad ſpem ſummam culménque & faſtigium maximarum rerum excitat & abducit. Erat in animo proſequi cœptũ iampridem opus, ſacros veteris inſtrumenti libros ex Hebræo ad verbum in Latinum ſermonem vertẽdi. Sed cùm me procella temporis in Tridentinas rupes, quò Iudæi ob Simonis cædem ne adſpirare quidem audent, detruſerit, atque animus inquies nihil agere non poſſet, hæc ſum adgreſſus: quæ ſi grauitate, aut magnitudine paria non fuerint, vtilitate quidem vt arbitror, vt ſplendore tuo non minora reddentur. Sed ratio, & quædam operis ſimilitudo exigere viſa eſt, vt commentariolum alium, quem de ſermone Latino nuper édideram, iis quæ poſtea de modis Latinè loquendi collegi, quaſi cuiuſdam præfatiunculæ loco proponerem. Is autem erat huiuſmodi:

Cùm Bononiæ viri me aliquot eruditi officij cauſa conueniſſent: commentarémúrque inter nos, vt fit inter literarum ſtudioſos, de Latini ſermonis elegantia, audirémque eorum pleroſque Apuleij, Sidonij, Capellæ, Fulgentij, non tam verbis, quàm fœtoribus ſcaturire, verbáque de induſtria promere, aliorum etiam autorum, quæ aut obſoleta nimis, aut noua, & omnino barbara viderentur, multaque ego liberè (vt ſoleo) contra eorum ſermonis inſolentiam non ſine ſtomacho protuliſſem, idque eò animoſiùs eſſem aggreſſus, quòd viderem non tam paucorum ipſorum, qui mecum ita eſſent congreſſi, quam cæterorum ferè noſtri temporis hominũ, vnum atque eundem eſſe errorem: foréque breui, vt relicta vetere, veraque Latinitate, in aliam omnino linguam, & quaſi barbariem commigraremus. Ea omnia longiuſculo tractata ſermone & altiore repetita principio, perpetuaque oratione, idcirco colligere, ac literis mandare volui, vt qui hæc legerint, malorum autorum imitatione omiſſa, perfectos illos Latini candoris parẽtes agnoſcant, ſtudeant, æmulentur. Sed iam quid cum illis egerimus, exponamus.

Quatuor propemodum poſt Romam conditam videntur Latinorum doctorum fuiſſe tempora, antiquiſſimum, antiquum, perfectum, imperfectum.

ANTIQVISSIMVM reperimus ab vrbe condita perueniſſe vſque ad Liuium Andronicum, interuallumque quatuordecim & quingentorum annorum fuiſſe Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horat. primum hunc ſcriptorum fuiſſe ſignificat, cùm dicit. Habet hos, numeratque poetas. Ad noſtrum tempus Liuij ſcriptoris ab ęuo. In quo quidem temporis interuallo fuiſſe per multos doctos, ſuſpicari magis (vt inquit Cic.) quàm intelligere poſſumus, cùm nulla penitùs eorum extent in literis monumenta, præter orationem Appij Cæci, & quaſdam mortuorum laudationes, ſicut in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

ANTIQVVM verò tempus, id dicemus, quod ab ipſo Liuio vſque ad ætatem Ciceronis inter fuit, quod quidem vix centum annos, vt ex ipſo Cicerone colligitur exceſſit. In hoc autem temporis ſpacio, etſi quam plurimi doctiſſimi viri floruerunt, eos tamen horridioribus verbis vſos, & ſine cultu, & verborum delectu locutos fuiſſe Ciceroris ſequens ætàs notauit, vt verum id eſſe appareat, quod dicitur. Nihil eſſe ſimul inuentum, & perfectum. Repertores enim fuerant, & quaſi architecti latinitatis, vt præclarè dicit Hora. lingua Catonis, & Enni, Sermonem patriũ ditauerit, & noua rerum nomina protulerit. Nam Liuium anno ipſo ante Ennium docuiſſe fabulam, & Catonem Ennij fuiſſe æqualem ſcribit Cic. in Bruto, qui Liuium inepré ſcripſiſſe teſtatur, dicens eum docuiſſe fabulam non ſatis dignam quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ouid. de triſtibus, Ennius ingenio maximus, arte rudis. Teſtificatur hoc ipſum Suetonius in libello de claris grammaticis, ijs verbis, Grammatica Romæ ne in vſu quidem olim nedum in honore fuit, nullo in liberalibus diſciplinis vacante. Initium quoque eius mediocre extitit, ſiquidem antiquiſſimi doctorum quidam, & poetæ, & ſemigræci erant, Liuium, & Ennium dico, quos vtraque lingua domi foriſque docuiſſe aduocatum eſt. Catonis verò orationes, vt illis temporibus, valdè Cicero in Bruto laudat. Addit tamen ſignificare illas formam quandam ingenij, ſed admodum impolitam, & planè rudem. Et paulopoſt Antiquior, inquit, eſt Catonis ſermo; & quædam horridiora verba: ita enim tunc loquebantur.

B Et

Et eundem iam deſitũ legi teſtatur, cùm ait Catonẽ verò quis noſtrorũ oratorũ, qui quidẽ nunc ſunt, legit? aut quis nouit omnino? Et ſubdit, nõ ignorare ſe, nondũ ſatis eſſe politũ hũc, & quærẽdũ eſſe aliquid pfectius. Quo tẽpore etiã fuit Cornelius Cætegus, quẽ Cicero primũ fuiſſe eloquentem affirmat, Ennij teſtimonio, qui in annalibus ſuis ſic de eo ſcripſit Additur orator Cornel. ſuaui loquente ore Cætegus. Paulò verò poſt fuerunt Nenius, Plaut. Cæcilius, Pacuuius, Actius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scęuola, L. Craſſus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, & innumeri alij, quos ętas Ciceronis modò priſcos, modò veteres, modò patres, interdum antiquos, aliquando ſuperiores appellat. Quos quidem veteres nimis antiquè & pleraque durè locutos notauit Horatius, cum dicit.

Si veteres ita miratur, laudátque poetas.
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.
Si quaedam nimis antiquè, ſi pleráque durè
Dicere credat eos, ignauè multa fatetur,
Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat aequo.

Cicero quoque veterum illum ſermonem ſe quoque improbare, oſtendit, cùm in Bruto dicit, Illius autem ætatis qui ſermo fuerit: ex Nęuianis ſcriptis colligi poteſt, & ſubdit, Cæcilium, & Pacuuium malè locutos videmus. Hinc Quintili. Actio, inquit, & Pacuuio nitor: & ſumma in ex colendis operibus manus: magis videri poteſt temporibus, quã ipſis defuiſſe. Idem etiã dixit Lucretium non facere phraſim, ideſt corpus eloquentiæ, Martialis etiam de ijs ait Actius, & quicquid Pacuuiuſque, Vomunt. Et Cicero in Bruto. Carbonis, & Gracchi habemus orationes, nondum ſatis ſplendidas verbis, ſed acutas, & ſubdit C. Gracchũ de ſuperioribus ſolũ lego, manus tamẽ extrema nõ acceſſit operibus eius, & præclarè inchoat multa, perfecta non planè, Et iterum, L. Cotta cùm verbis, tùm etiã ſono quaſi ſubruſtico per ſequebatur, atque imitabatur antiquitatem. Et in eodem. Curionis loci ſanè inanes: Veruntamen nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabilis. Et Quint. pueros monet, ne veterum admiratores

tores ſint dum ſic præcepit. Nequis, pueros antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit, fient enim, horridi, & ieiuni. Tum autẽ quod quaſi per gradus eloquẽtia ad perfectionem aſcenderit teſtatur Cic. in eod. Bruto, cum dicit. Quæ fuerit aſcenſio, & quàm in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque abſolutio, ex eo quod dicam æſtimari poteſt. Et Paulò poſt, connumeratis aliquot oratoribus, qui ſeni iam Ennio ſucceſſerant, ſubiungit. Iam enim erat quædam vnctior, & ſplẽdidior conſuetudo loquendi, Et ſubdit. Sergius deinde Galba princeps ex latinis contulit orationi propria ornamenta. Videre licet alios deinde gradus cum idem Cicero ſubdit, L. Furius Pilus perbenè loqui latinè putabatur, literatiuſque quàm cæteri, L. Sceuola, Paulo etiam copioſior, & addit. Erat etiam Philipphus in primis vt temporibus illis, Græcis literis inſtitutus. Et in eodem Bruto, ad Gracchorum ætatem, laus eloquentiæ perfecta nondũm fuit. Eloquentiæ autem veluti gradus, vt dixi, factos eſſet docet idem Cic in Tuſc. dicens. At contra oratorem celeriter complexi ſumus, nec eum primò eruditum, aptum tamen ad dicendum, poſt autem eruditum. Nam, Galbam, Africanum, Lælium doctos fuiſſe memoriæ traditum eſt. Studioſum autem eum qui hos ætate anteibat, Catonem, poſt verò Lepidum Carbonem Gracchos, deinde ita magnos noſtram ad ætatem vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi, P. Scipio Latinè loquendo omnes ſuperabat. Et iterum, Quinti Catuli non antiquo illo more, ſed penè hoc noſtro. Et Cice. in eodem Bruto notat ætatem ætati ſuæ proximam nondum perfectè locutam, dicens. Inferiores autem ætatis erat proximus L. Siſenna doctus vir, ſtudijs optimis deditus, benè Latinè loquens. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt. Qui cùm facilè omnes vincat ſuperiores, indicat tamen quantum abſit à ſummo: nam vſus eſt aliquando veteribus verbis, & ab vſu perfecto, & auribus eruditis remotis. Rectè enim loqui putabat eſſe, inuiſitatè loqui. De ijs gradibus Quintilianus ita meminit. Fuerunt quædam genera dicendi conditione temporum horridiora, alioquin magnã

vim ingenij præſeferentia. Hinc ſunt Lelij, Africani, Catones, Gracchi, mediam illam formam tenẽt L. Craſſus Q. Hortenſius, tum deinde effloreſcit non multum inter ſe diſtantium huiuſmodi oratorum ingens prouentus. Sed Cornelius Tacitus de claris oratoribus hãc diſtinctam imperfectionem veterum notat ijs verbis. Quod ad Ser Galbam, & C. Lelium attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſiſtis, non exigit defenſionem, cùm fatear quædam eloquentiæ eorum, vt naſcenti adhuc, neć ſatis adultæ defuiſſe. Sed hanc nimiã vetuſtatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. Sed nimia inquit vetuſtas nec habet eam quam quęrimus ſummitatem, nec eſt ſanè tolerabilis.

ACTENVS de tempore antiquo, de inceps de perfecto dicemus. Cæſar, idem Cicero refert, rationem adhibens, conſuetudinem priſci ſermonis vitioſam, & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendabat, ſplendidam quandam miniméque veteratoriam rationem dicendi tenens, ſcripſitq; ad Ciceronem, de ratione latinè loquendi, ac in primo libro dixit. Verbórum delectum originem eſſe eloquentiæ, eiuſque copiæ principem, inuentorémq; Ciceronem eſſe. Quod affirmare videtur, & ipſe Cicero dum in Bruto ſic loquitur, Certè nos & boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius quàm fuerit illud genus dicendi, & ornatius, & nocuimus fortaſſe, quòd veteres orationes poſt noſtras nõ à me quidem (meis enim illas antepono) ſed à pleriſque legi ſunt deſitæ. Et ſubdit. Cùm autem anno poſt ex Sicilia me recepiſſem, iam videbatur illud in me quicquid eſſet, eſſe perfectum & habere maturitatem quandam ſuam. Fuiſſe autem eandem perfectionem in pleriſque Ciceronis æqualibus, teſtatur idem in eodem libro vbi connumeratis compluribus ſui temporis oratoribus. Nec vlla, inquit, ætate vberior oratorum fœtus fuit. Et in eodem triginta annis mihi Craſſus ætate præſtabat. Quod idcirco poſui, vt dicendi prima maturitas in qua ætate extitiſſet, poſſet notari, & intelligeretur iã ad ſummũ penè eſſe perductam: vt eo nihil fermè quiſquam addere poſſit. Et idem in in Tuſculanis non ſolum perfectionem ætatis ſuæ teſtatur ſed interituram

breui eloquentiam prædicit. Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam quod natura fert in omnibus rebus, ferè ſeneſcat, breuíque tempore ad nihilum ventura videatur. De cuius ætatis perfectione, Cicero in quadam epiſtola ad Atticum de Tulliola filia loquens, Ego inquit, ijs temporibus tam eruditis quantum fieri poterit, illam cõſecrabo omni genere monumentorum. Et Horatius. Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus, atque Pſallimus, & luctamus Achiuis doctius vnctis. Et ſolinus de Auguſto loquens. Quod tempus, inquit, fermè ſolum repertum eſt, quo plurimum, & arma ceſſarunt, & ingenia floruerunt. Et Plinius de naturali hiſtoria de M. Varrone loquens. In illa, inquit, ingeniorũ, quæ tunc fuit multitudine. Et Horatius veterũ ætatem carpens, & ſuam perfectam affirmans, de Lucilio ſic ſcribit.

Si foret hoc noſtram fato delapſus in ęuum.
Deteret ſibi multa, reciderct omnes, quod vltrà
Perfectum trahetur, & in verſu faciendo
Sępè caput ſcaberet, viuos & roderet vngues.

Et Quintilianus poſt quàm vt potuit, defendit Lucilium à nota Hortatij, qui eum fluere lutulentum dixerat, perfectiorem eo Horatium fatetur, cùm dicit. Multò eſt terſior, ac purus magis Horatius. Hanc perfectionem idem Quintilianus dat Tibullo, dicens. Terſus atq; elegans videtur eſſe Tibullus, ſunt qui Propertium malint. Et idem de Virgilio loquens, vt illi naturæ cœleſti atque immortali ceſſerimus, ita curæ, & diligentiæ. Et ſubdit, Cæteri longè ſequentur. Et de Cicerone: Nec verò quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tãtùm, ſed vt plurimas, aut potius omnes ex ſeipſo virtutes extulit, immortalis illa ingenij, & beatiſſima vbertas, & ſubdit: vt non hominis nomen, ſed eloquentiæ videatur. Et de Cæſare, quòd perfectè loqueretur, Cicero in Bruto, Cæſar latinè loquebatur elegantiſſimè, nec id ſolùm domeſtica conſuetudine, tamen vt eſſet perfecta illa benè loquendi laus, multis literis, & ijs quidem reconditis, & exquiſitis ſummo ſtudio, & diligentia eſt cõſecutus. Erat prætera Hortẽſius (vt iuquit Cic.) verbo tum ſplendore elegans. Erant in L. Torquato plurimæ

literæ:non hæ vulgares,ſed interiores, & reconditæ, & ſumma verborum grauitas, & elegantia. L. Domitius nulla quidem arte, ſed Lauuè dicebat. Erat Piſoni verborum delectus elegans. In M. Claudio autem verbum nullum, aut durum, aut inſolens, aut humile, aut in longius ductū Marcellus lectis verbis vtebatur. Quid plures huius ætatis coner præterea conquirere? quorum nomina vt doctiſsimorum virorum multis in locis connumerata comperire poterimus. Scripta autem cùm ſint vetuſtate deleta, nuſquam reperiemus, quin potius eius temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus verſantur. Lege multorum epiſtolas, quæ inter Ciceronis epiſtolas leguntur, vt Seruij Sulpitij, M. Marcelli, Q. Metelli Celeris, Q. item Metelli nepotis, P. Vantij, L Luceij, M. Bithinij Curionis, M. Cælij, Dolobellæ, Gn. Placi. Galbæ, C Aſinij Pollionis, M Lepidi, A. Cecinnæ, Decij Bruti, M. item Bruti, C. Caſsij, C. Marij, P. Lentuli, Trebonij, M. Catonis, C. Cæſaris, Gn. Pompeij, Q. Ciceronis filij, Cornelij Balbi, Oppij, Hircij quos, & penè infinitos alios eruditiſſimos viros florentiſsima hæc Ciceronis ætas effudit: dices in hac ſola ineſſe ſuccum illum, & quaſi ſanguinem incorruptæ Latinitatis, ac non fucatum, ſed naturalem quendam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenij felicitate, & verborum elegantia, vt ſi titulos dempſeris, illas non facilè à Ciceronis epiſtolis internoſcas, Quod præclarè Cornelius Tacitus de claris oratoribus comprobat, cùm dicit. Sicut apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum diſertos anteceſsit, ſic Caluus, & Aſinius, & Cæſar, & Brutus, iure prioribus, & ſequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter ſe ſpecie differant, cùm genere conſentiant, at aſtrictior Caluus: numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar, amarior Cælius, grauior Brutus, vehementior, & hac valentior Cicero, omnes tamen eandem ſanctitatem eloquentiæ ferunt, vt ſi omnium pariter libros in manum ſumpſeris, fatearis quamuis in diuerſis ingenijs, eſſe quandam iudicij ac voluminis ſimilitudinem, & cognationem.

SED iam de imperfecto, & corrupto potiùs, ac vitioſo tempore vt propoſuimus, aliquid afferamus. Secuta

cuta poſt ætatem Cicc.alia doctorum ætas,ſatis vel eorum proprio teſtimonio indicauit,non ſolum quantum à cacumine,& faſtigio præcedentis ætatis abfuerit,verũ etiam mutato dicendi genere,& eloquentia omni propè in barbariem verſa,ad imum celerius quidem quàm aſcenderat,properarit. Quod vt luce clarius videatur, pauca quæ ex multis,breuitatis cauſa,collegi,labẽti ſtilo veluti quodam inducto freno ſubnectam. Seneca in prologo primæ declamationis. Vt poſsitis, inquit, æſtimare quantum quotidie ingenia decreſcant, & neſcio qua iniquitate,& ad malum pronitate naturæ, eloquentia ſe retrò tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod inſolenti Græciæ aut opponat, aut pręferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quę lucem noſtris ſtudijs attulerunt,tunc nata ſunt. In deterius quotidie data res eſt,vt ad ſummum perducta rurſus ad infimum velocius quidem quàm aſcenderat, relabatur. Quod etiam affirmat,Statius in epiſtola Syluarum ſuarum, dicens,Manlius certè Vopiſcus vir eruditiſsimus,qui vindicat à ſitu literas iam penè fugientes. Et Quinti Dicendi, inquit, mutauimus genus, & vltrà nobis quàm oportebat indulſimus. Et alibi. Quid multa? totus propè mutatus eſt ſermo. Et Diomedes grammaticus hanc literarum bonarum quaſi ruinam teſtatur, cùm dicit, Iniecit poſtera ætas manum, & veluti diſciplinam priſtini ſeculi,ita ſermonem faſtidire cœpit, & noua veluti parturire verba. Et alibi quaſi ante oculos ponit, non ſolum imperfectionem ſui ſeculi,ſed etiam noſtri, dum ait,Quid quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur diſertum,quod alius dixerit? A corruptiſsimo quoque poëtarum figuras, ſeu translationes mutuamur,tum demum ingenioſi, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Et A. Gellius, Animaduertere eſt pleraque verborum Latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt deceſsiſſe, vel aliam longè, vel in proximam, eámque deceſsionem fictam eſſe conſuetudine, & inſcitia temerè dicẽtium, quæ cuiuſmodi ſint non dedicerunt. Cornelius verò Tacitus in eo libello, quem de claris oratoribus ſcripſit, hæc omnia latius perſequitur, cùm in dialogo Maternum quærentem inducit, Exprime inquit, Materne cauſas, cur tantum ab eloquẽtia

eorum receſſerimus,cùm præſertim centum viginti annos ab interitu Ciceronis in hũc diem effici ratio temporũ collegerit.Et ſubdit.Quis enim ignorat eloquentiam,ac cæteras artes deſciuiſſe ab iſta vetere gloria?nõ inopia hominũ,ſed deſidia iuuẽtutis,& negligentia parentum,& inſcitia præcipientiũ,& obliuione moris antiqui.Quæ mala primũ in vrbe nata, mox per Italiã fuſa,iam in prouincias manat. Quòd adeò negligitur ab horum temporũ diſertis,vt in actionibus eorũ,in quoq; verbo quotidiani ſermonis fœda,ac pudẽda vitia deprehendantur.Et ſubdit,Vt in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas ſentẽtias detrudant eloquentiã velut expulſam regno ſuo,vt quæ olim omnium artiũ,vt dicunt,pulcherrimo comitatu pectora implebat,nunc circũciſa, & amputata,ſine apparatu,ſine honore penè dixerim,ſine ĩgenuitate,quaſi vna ex ſordidiſſimis artibusdiſcatur Ergo hanc primam,& præcipuã cauſam arbitramur, cur tantum ab eloquentia receſſerimus.Imperfectionem etiam ſui temporis teſtatur Pliu.In Epiſtol:naturalis hiſtoriæ, cùm libros ſuos reſperſos eſſe affirmat plurimũ rerum, aut ruſticis vocabulis,aut externis, imò barbaris, nõ ſine honoris præfatione ponendis. Et vt per gradus ad ſummum aſcenderat eloquentia,ſic eam per gradus ad imum deſcendiſſe videamus, Macrobius etiam tempora ſua hac imperfectione infecta ſignificat, cùm dicit, Peritum , impetratúmque volumus : vt æqui bonique conſulant,ſi in noſtro ſermone natiua Romani oris elegantia deſideretur. Apuleius autem, quem noſtri temporis magis curioſi quàm eruditi ſequi, & emulari ſtudent, in principio operis ſui Latinas literas ignorare fatetur,In vrbe, inquit, Latia aduena ſtudiorum Quirintum , indigena ſermonem , erumnali labore , nullo magiſtro præeunte aggreſſus excolui. En ecce præcamur veniam, ſi quid exotici, ac forenſis ſermonis rudis locutor effudero, iam hæc quidem ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtilo,quem acceſſimus reſpondet:Quis,rogo te,ferat non tam Apuleium, qui vt mali ędificij dominus, ſe architectum non adhibuiſſe, ita literas,ſine præceptore coluiſſe gloriatur,quàm aliquos eſſe, qui malint fœtores, & quiſquilias eius colligere, quàm verborum floribus perfectiſſime, Ciceronis ætatis,

tis, quam ſignauimus, inherere? Sed quid alij Apuleio ſimiles, inſequentium ætatum autores de ſeipſis & temporum ſuorum inſcitia balbutiāni videamus. Sidonius, de ſuis nugis. Talis eſt ordo, inquit, vt ſine plurimis, nouisq́ue verbis, quæ præfata pace plurimorum eloquentium ſpecialiter tibi, & Complatonicis tuis nota ſunt, nugæ ipſæ nō valuerint expediri. Et alio in loco de liberalibus artibus agens ita loquitur. Virtutes artium iſtarum ſeculis potius priſcis ſeculorū rector ingenuit, quæ per ætatem mundi iam ſeneſcentis laſſatis veluti ſeminibus, emedullatæ, parum aliquid hoc tempore, atque id in paucis mirandum ac memorabile oſtentant. Et alibi. Increbuit, inqnit, multitudo deſidioſorum, vt niſi vel pauciſſimi meram Latialis linguæ proprietatem de triuialium barbariſmorū rubigine vindicaueritis, eam breui abolitam defleamus. Et Fulgentius. Noſtri, inquit temporis ęrumnoſa miſeria non dicendi petit ſtudium, ſed viuendi ſtet ergaſtulum. Nec famæ aſſiſtēdum poëticæ, ſed fami conſulendum domeſticæ. Martianus verò Capella, Martianum filium nugas ſuas non ferentem introducit, dum in principio operis ſui ſic orditur. Dum crebrius iſtos Hymenæi verſiculos, neſcio quid inopinatū intactúmque moliens, reſperſum capillis albicantibus verticem, incrementisq́ue luſtratibus decuriarum, nugulas ineptas non perferens, Martianus interuenit. Quid de alijs aliarum ætatum hominibus dicam? quorum nonnulli etiam noſtri temporis ſcriptores: cùm quid ſcribere ſunt aggreſſi, non ſolùm bonorum verborum delectum neglexerunt, ſed illud maximè ſtuduerunt, vt vel veteratorum rubiginem, vel nouorum autorum aſperitatem ſuis ſcriptis admiſcuiſſe, & ſimilitudinem peſſimi cuiúſque & corruptiſſimi vltrò appetijſſe videantur. Quod factum eſt, vt nō ſolùm proprietatem Romani ſermonis, verùm omnem penè illam ſuauitatem, & quaſi ſalubritatem Latinæ dictionis amiſerint, obliti hunc eſſe legendi fructum æmulari meliora, & quæ in alijs maximè probes, qúæve inter optimi cuiuſque & elegantiſſimi dicta mireris, in aliquem vſum nō ſine venuſtate, atq; luce, ac mūditia verborum cōcinna deriuatione cōuertere, ſicuti Cicero, &

eius ætatis candidiſsimi autores fecerunt, quamuis ad illud faſtigium, illam ſummitatē, & propè diuinitatem, aſpirare nemo poſsit. Illa enim ſublimitas, quanquã imi tabilis illa quidem videtur cupienti, nihil tamen eſt experienti minus, audendum tamē, & ita adnitendum, vt quod aſſequi non poſſumus, imitari ſaltem voluiſſe videamur. Sed quoniam nihil nos præcipiendi cauſa dicere, neque magiſtri, ſed æſtimatores videri volumus: nec ſermonem nunc tàm informamus bonum: quã deterremus malum, quantum Cicero, & ea ætate Latinitatis principes noua verba vitauerint, vnde omnis Latinæ linguæ pernicies comparata eſt, breuiter oſtendamus. Cicero in oratore oratorem inſtruens ita præcipit. Ergo ille tenuis orator modo ſit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus, & in priſcis, reliquíſque ornamentis, & verborum, & ſententiarum remiſsior. Quintilianus vero vſitatis, inquit, verbis tutius vtimur: noua non ſine quodam periculo fingimus Nam ſi recepta ſunt modicam laudem afferunt, repudiata etiã in iocos exeunt. Audendum tamen, nanque, vt ait Cicero, etiam quæ primò dura viſa ſunt, vſu molliuntur: ſed nobis non eſt conceſſa fictio nominum. Si quis autem dixerit ideò nouanda eſſe nobis verba, quòd eorum penuria laboremus, audiat Ciceronem, qui de natura deorum ita loquitur, Quod illa quæ à Græcis accepiſſent, Latinè dici poſſe diffiderent. In quo genere tantum profeciſſe videmur, vt à Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. Vt in Tuſculanis. O verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas Græcia. Et de finibus bonorum, & malorum, Sed ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinam linguam non modò non inopem, vulgò putatur, ſed locupletiorem eſſe quàm Græcam. Sed dicet aliquis parienda eſſe neceſſariò noua verba cùm quid ex Græco vertendum ſit, & minus occurrat verbum Latinum vſitatum. Sunt enim (vt inquit Cicero de finibus bonorum, & malorũ) imponēda noua nouis reb. nomina. Sed ad hoc quaſi reſpondere videtur A. Gellius cũ dicit. Cũ quid ex Græco, quod nõ placeret, transferre voluiſsē, hoc ego ſuperſedi vertere, quia nouis, & incõditis vocibus vtēdũ eſſet, quas pati aures per

inſo

inſolẽtiam vix poſſent. Sed ipſe idem Cic. qui dixit verba non patienda eſſe, imponendaque noua nouis rebus nomina vſque molienda, quæ dura præ nouitate viderentur, quàm abſtinens illorum fuerit, quamue nouitatẽ verborum vitauerit, infrà ponemus. Cùm in Bruto, Declamo verbum ſui temporis nouum dicere vellet, Commentabar, inquit declamitans: ſic enim nunc loquũtur. Et idem in libello de mundo, Vt in ſingulis, inquit, eſſent bona media, vix enim audeo dicere medietates, ſed qua ſi ita dixerſ, ita intelligatur. Et in Philippicis M. Antoniũ notans, quòd verbum nouum protuliſſet, ita dicit, Tu porrò ne pios quidem ſed piiſſimos quæris, & quòd verbum omnino nullum in lingua latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum induces. Varro autẽ de lingua Latina docet, antiquos etiam viraſſe verba nimium noua, Extremum inquit, nouiſſimum quoque dici ceptum vulgò, quòd mea memoria, vt Aelius Gallus, ſic ſenes aliquando nimiũ nouum quod eſtet, vtebantur. Et A. Gellius. Quòd à M. Varrone proloquium à M. Cicerone pronunciatum dictum eſt. Quo Cicero tamen vocabulo, tantiſper vti ſe atteſtatus eſt, quoad melius inquit, inuenero. Quintilianus autem veriloquium, inquit ipſe Cice. qui finxit reformidat. Et Ci. de finibus bonorũ & malorum, quaſi cum dolore dixit, vt ita dicam, indolentia. Varro de analogia verborum repertores verborum nouorum damnat, oſtendens ipſas aures nouitates has quodammodo reſpuere, cùm dicit, Tantum inter duos ſenſus intereſſe volunt, vt oculis ſemper aliquas figuras ſuppellectilis nouas conquirant, contra aures expertas eſſe velint. Quotus quiſque iam ſeruos habet priſcis nominibus? quæ mulier ſuum inſtrumentum veſtis, atque auri veteribus vocabulis appellat? ſed inductis non tam iraſcendum, quàm huiuſce prauitatis patroni. Et idem Editimum dici oportere cenſet magis quam Aedituum, quòd alterum ſit recenti nouitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum. Sed pro eo à pleriſque Aeditus dicitur, noua & commenticia vſurpatione. Quæ omnia cùm ita ſint, A Gellius quaſi de ijs ſentẽtiam ferens libro vndecimo, ita ſcriptum reliquit. Verbis vti aut nimis obſoletis, exculcatiſque aut inſolentibus, nouitatiſque duræ, & illepidæ,

pidæ, par eſſe delictum videtur. Sed moleſtiùs equidem, culpatuſque eſſe arbitror, verba noua, incognita, inaudita dicere, quàm inuulgata, & ſordentia. Noua autem videri dico etiam ea, quæ ſunt inuſitata, & deſita, tametſi ſint vetuſta. C. etiam Cæſar libro de analogia monuit, infrequens, atque inſolens verbum tanquam ſcopulum fugiendum eſſe. Suetonius quoque de Auguſto ſcribēs, Genus eloquentiæ, inquit, ſecutus eſt elegans, & temperatum, vitatis ſententiarum ineptijs, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (vt ipſe dicit) fœtoribus, præcipuamque curam dixit ſenſum animi, quàm apertiſſimè exprimere, Cacozelos autem, & antiquarios diuerſo genere vitioſos, pari faſtidio ſpreuit. Sed nec Tiberio parcit exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium vt inſanum increpat, quaſi ea ſcribētem, quæ mirentur potius homines, quàm intelligant: Sed opus eſt inquit, dare te operam, ne moleſtè ſcribas, aut loquaris. Quin Auguſtum. A. Gellius ab eloquentia, & latinitate laudat, dum dicit, Diuus etiā Auguſtus memoriarum veterum exequentiſſimus, linguæ Latinæ non neſcius, munditiarum patris ſui in ſermonibus ſectator. Et Cicero de oratore, præclarè monet vitanda eſſe verba priſca, & à conſuetudine ſui temporis, quo perfectio ſermois vigebat, remota, cùm dicit. Sunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea, quæ dicebant, omnes propè præclarè locuti quorum ſermone aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui niſi Latinè. Neque tamen erit vtendum verbis ijs, quibus iam conſuetudo noſtra non vtitur, niſi quando ornandi cauſa parcè. Sed vſitatis ita poterit vti, lectiſſimis, vt vtatur is, qui in veteribus erit ſcriptis ſtudioſè, & multùm volutatus: atq; vt latinè loquamur, nō ſolùm vidēdum eſt, vt & verba afferamus ea, quæ nemo iurè reprehendat. hæc Cic. Sed quanquam in omni re difficilium eſt formam optimi exponere, quod aliud alijs videtur optimum (varia enim ſunt iudicia, nec facilis explicatio, quæ forma excellat) dubitari tamen à rectè conſiderantibus nequaquam poterit, quin illa multorum noſtri temporis inſulſitas, & inſolentia, ac quædam (vt ita dicam) orationis inſania, ſiccitas, inopia, à malorum lectione, & imitatione naſcatur. Quare cùm

ſit

ſit eloquentiæ, ſicut reliquarum rerum fundamentum ſapientia: vnde in pœtica teſtatur Horatius. Scribendi rectè ſapere eſt, & principium & fons: & in bonis omnia quæ ſumma ſunt, iurè laudentur, verborũ bonorum delectus eſt in primis ſapienter habendus, idque facile aſſequemur, ſi delegerimus noſtratia, non peregrina, propria, non ineptè tranſlata, vſitata, nõ noua, pura, non horrida, luminoſa, non tenebricoſa. Quod contingere certè nulli poterit niſi ei, qui autores diuinę illius Ciceronis ætatis perlegerit. Sublimitas enim & magnificentia, & nitor, & autoritas ex optimis illis eius ſeculi autoribus tantummodò prouenit, ij ſoli locutionem emendatam, & Latinam originem, & quaſi ſolum, ac fundamentum quoddam eloquentiæ poſuerunt. Inſequentium autem autorum lectio doctrinam quidem diuerſarum rerum conferre poterit, elegantiam autem & nitorem non poterit: quin potius mixtura verborum, quibus illi vſi poſtea fuerunt, omnem propè florem incorrupti illius ſermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, breui quaſi de manibus excutiet, barbarumque omnino reddet. Cùm autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum iudicio deceat: ſitque decus hominis ingenium, ingenij verò eloquentia. nec tam præclarum ſcire latinè, quàm turpè neſcire: eniti, & toto (vt aiunt) pectore incumbere debemus, vt non vulgares literas, ſed interiores, & perfectas verborum grauitatem, & elegantiam, nitorem, & candorem, atque veram denique Romani ſermonis eloquẽtiam de perfectorum illorum quos connumeraui, autorum fontibus hauriamus: abiecta obſoleta, priſca nimium & vetuſta priorum, nouaque omnia ſequentium autorum fugiamus. Sed in hoc verborum delectu auriũ quoque quoddam iudicium adhibendum eſt, quod non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu, prudentiaque percipitur. Cùm verò ex verbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illuſtria verba ex optimo quoque id ætatis autore legenda ſint, vt latina, & elegans ſurgat oratio, id quoque maximè obſeruãdum eſt, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiæ potiùs extinguat, quàm accendat. Remouendus erit igitur (vt ait Cice.) omnis inſignis ornatus, nec calami-

ſtrĩ

ſtri quidem adhibebuntur fucati, etiã medicamenta candoris, & ruboris omnia repellantur, elegantia tantùm, & mũditia quæratur, ſermo purus, & Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, politus, planus: quid deceat circunſpiciatur. Omni enim pars orationis eſſe debet laudabilis, ſicut verbum nullum niſi graue aut elegans excidat. Cumque in omnibus, rebus videndum ſit, quatenus, ne noſtra modum excedat oratio, vna, breuiq́ue Ciceronis clauſula concludemus. Sic, inquit, modo is, qui dicet, aut ſcribet inſtitutus liberaliter, educatione, doctrinaque puerili, & flagret ſtudio, & à natura adiuuetur: & vniuerſorum generum infinitis diſceptationibus exercitatus, ornatiſſimos ſcriptores, oratoreſque ad imitandum cognouerit, næ ille haud ſanè, quemadmodũ verba ſtruat, & illuminet à magiſtris iſtis requiret, ita facilè in rerum abundantia ad orationis ornamenta (duce natura ipſa, ſi modo eſt exercitata) labetur, Hæc ille. Exercitatione autem hæc omnia facile conſequemur. Stilus enim optimus ſcribendi artifex, ſtructuram non inopem, non minutam, non interpunctam, ſed locupletem, numeroſam, aptamq́ue conficiet. Omiſſis igitur, & repudiatis nouitijs iſtis, & ſemidoctis, qui ignobilia nimis, & ſordentia, nouata, fictaq́ue verba de imperfectis autoribus eruere, & in vſum latinæ linguæ introducere, ac veluti ciuitate donare, & quaſi latinam coloniam deducere geſtiunt literarum oſtentatione, inepti verius quàm glorioſi, elaboremus veluti apes lectiſſimis floribus inſidere. Proſequi enim quod quiſque vnquam vel contemptiſſimorum hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ eſt, aut certè inanis iactãtiæ, & detinet atque obruit ingenia, melius alijs vacatura. Eruditionem vernaculam, ac plebeiam, & verborum monſtra vitemus eorum hominum, qui inquinatè, & parum compoſitè minuſq́ue elegantes ſcripſerunt, quorum ita eſt confuſa oratio, ita perturbata, tantaq́ue inſolentia ac peruerſitate verborum plena, vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, obſcuritatem potiùs, & tenebras afferat. Dum enim exquiſitis, nouiſque verbis vti volunt, infantiſſimi reperiuntur, qui cùm emendatores vſitati ſermonis eſſe velint, deterreri non poſſunt, quo minus inuſitatis verbis vtantur, nihil aliud rectè, & latinè loqui putantes, niſi nouè, & inuſitate loqui. Verbiſq́ue

biſque improprijs gaudentes, redundantibus, obſcuris, ambiguis, nouis, Græcanicis, quo magis eorum expurgandus eſt ſermo, fugiendaque barbaria: ediſcenda de Cicerone, & Ciceronis æqualibus vera Latinitas, quæ nihil aliud eſt, niſi incorrupta loquendi obſeruatio ſecũdum Romanam linguam. Cuius (vt dixi) licet veteres illi, quos connumeraui quaſi genitores extiterint, eam tamen, ſeculum illud Ciceronis emendauit, excoluit, ex poliuit. Sed ſatis ſit hoc admonendi, non docendi cauſa dixiſſe, propter agreſtes quoſdam, & indomitos certatores, qui cùm imitari neſciant autores bonos, malos cauſa nouitatis extollunt. Nec id vitio mihi dari debet. An (vt ait Varro) reprehendendus ſit, qui orationem minus valentem propter malam conſuetudinem traducit in meliorẽ? An cũ quis perperã conſueuerit quid facere in ciuitate, non modo patiemur, ſed etiam pœna afficiemus? Idem, ſi quis perperam cõſueuerit dicere verbum, non corrigemus, cùm id fiat ſine pœna? adde quod perfugio literarum nihil gratius, nihil iucundius, nihil homine libero dignius inuenio: agitatio enim mentis inſtitutæ ad agendum ſemper aliquid dignum viro, tantiſper adquieſcit, dum in literarũ ſtudijs verſatur. Ea enim vel diſcendo, vel ſcribendo aliter, in eáque ſcientiæ, & cognitionis delectatione perfunditur, ſitque (vt ait M. Varro) vt dum ita muſſitamus, pluribus horis viuamus: quanquam ea demum ſoláque dicenda eſt vita, quæ ſine CHRISTO Deo non viuitur. Vale.

DE

DE MODIS LATINE LOQVENDI.

VIROR admodum poſt aureum illud Ciceronis ſeculum,pleroſque doctiſſimos viros,qui ad noſtram vſque memoriam,multa erudititiſſimé ſcripſerunt, ne odoratos quidem eſſe tam ſuaues dicendi floſculos, qui paſſim fragrant, & eniteſcunt in lectione perfectiſſimorum autorum, quos quaſi inuictiſſimos Heroas immortalis illa, ac propè cœleſtis Ciceronis ætas, veluti equus ille Troianus effudit,è quibus,ego(quod ſine arrogantia dixerim) accuratè, diligenterque, nonnullos collegi, ac propemodum in faſciculos manipuloſque ſigillatim,ac ſuo quenque loco diſpoſui,quo & his literulis deſideriũ vrbis Romæ,à qua tot iam annos abſum, lenirem,&ſimul vt bonarum literarum ſtudioſis,ac poſteritati vtcunque prodeſſem.Cùm autem ſint nonnulli, qui non modò elegantiam verborum,ſed proprietatem ipſam & verum, ac natiuum dicendi ſuccum nihil faciant,ad ſenſum verò ſolùm reſpiciant, in eaque hereſi ita hereant, atque tabeſcant, vt ad ſuam opinionem etiam leges per capillos attrahant repugnantes.Adducunt enim Vlpianum,de adimendis legatis,lege, Siquis. Sed melius eſt, inquit, ſenſum,quàm verba amplecti,& eundem de præſcriptis verbis,lege,Natura rerum inductum, vt plura ſint negotia, quàm vocabula,& Celſum de legibus,Scire leges,non hoc eſt, verba earum tenere,ſed vim ac poteſtatem habere, & Paulum de fundo inſtructo,lege, Cùm de lanionis. Optimum ergo eſſe, Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis quid teſtator demonſtrare voluerit.Iidem non attendunt, id ſolùm à Iuriſconſultis præſcribi, cùm quid manifeſtè colligitur, aliud quem ſenſiſſe quàm dixiſſe, aut ſcripſiſſe, quod præcipuè in teſta

teſtamentis vſu venire ſolet. In cæteris verò veluti capite ſancitũ eſſe, vt proprietas verborum, quibus ſingulis tota oratio conficitur, omnino obſeruetur. Nam quis neſcit proprietate verborum neglecta, quibus totum orationis corpus, velut quibuſdam filis contexitur, orationem ipſam conturbari, incertamque & ambiguam reddi? Quam opinionem à legibus profectam, leges ipſæ apertè poſtea infirmant: vt Marcellus de legatis III. Non aliter inquit, à ſignificatione verborum recedi oportet, quàm cùm manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. Et ſubdit: Cùm plerunque abuſiuè loquantur, nec proprijs nominibus ac vocabulis ſemper vtantur. Et Celſus De ſupellectile legata, l. Labeo, §. ij. Non enim inquit, ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi vſu nomina exaudiri debere. & ſubdit: Equidem non arbitror quenquam dicere, quod non ſentiat: vt maximè nomine vſus ſit, quo id appellari non ſolet. Et poſt Paulò: Non tamen à Seruio diſſentio, non videri quempiam dixiſſe qui non ſuo nomine vſus ſit. Et Paulus De rebus dubijs, l. iij. In ambiguo inquit, ſermone non vtrunque dicimus, ſed id duntaxat, quod volumus. Itaque qui aliud dicit, quàm vult: neque id dicit quod vox ſignificat, quia nõ vult neque id, quod vult, quia id non loquitur. Similiter ſentire videtur Diodorus, cui Crona cognomentum fuit. Nullũ, inquit, verbũ eſt ambiguũ, nec quiſquã ambiguum dicit aut ſentit, nec aliud dici videri debet, quàm quod ſe dicere ſentit is, qui dicit. At cùm ego, inquit, aliud ſenſi, tu aliud accepiſti: obſcurè magis dictum, quàm ambiguè videri poteſt. Quare (vt in Bruto ait Cicero) cùm confluxerint in hanc vrbẽ multi inquinatè loquentes ex diuerſis locis, eò magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda ratio, quæ mutari nõ poſſit: nec vtendum prauiſſima conſuetudinis regula. Nam cùm eloquentia (vt ait Cicero de optimo genere oratorum) conſtet ex verbis & ſententijs, perficiendum eſt vt purè, & emendatè loquẽtes, quod eſt Latinè, verborũ & propriorum, & tranſlatorum elegantiam perſequamur. Sed iam quod inſtat, agamus.

Quàm abſtruſus, & quàm diu apud veteres veluti de induſtria latitanè modus hic dicendi à multis

non intellectus, à nullis ferè rectè obſeruatus eſt? *Acceptum* enim *referre* & *expenſum ferre*, nemo hactenus, quod ſciam, rectè collegit. Quæ verba cùm frequenter apud bonos autores diuinæ illius Ciceronis ætatis legiſſem, collatis locis, & diſcuſſis, id videtur mihi eſſe acceptum referre, quod peruerſo loquendi modo dicunt, ponere ad introitum: expenſum autem ferre id eſſe, quod corrupto ſermone dicunt, Ponere ad exitum. Quod vt clariùs cognoſcatur, loca ipſa, quæ collegi, ponere, & paulò altiùs repetere ſtatui. Duæ erant apud veteres tabulæ, vt etiam nunc fit: vna accepti, altera expenſi Hæ poſtea mutato dicendi genere, vt in pleriſque alijs, à multis tabulæ dati & accepti dictæ ſunt. Sed nos optima quæque verba Latina quærenda cenſemus, barbara & noua relinquenda. Quod autem accepti & expenſi tabulæ vocarentur, Cicero teſtatur pro Roſcio Comœdo, cum dicit: Tabulas Fannius accepti & expenſi profert ſuas. Et paulò pòſt: Vtrum cætera nomina in codicem accepti & expenſi digeſta habes, an non? & ibidem: Non habere ſe hoc nomen in codica accepti, & expenſi: & in eodem: Quando ſextertium CCCLIII. in codice accepti, & expenſi non ſunt, & ſubdit: Tum in codice acceptum & expenſum eſſe debuit. Plautus in Moſtel. Benè igitur ratio accepti atque expenſi inter vos conuenit. Cicero in Verrem: Nunc ad ſociorum tabulas accepti & exqenſi reuertamur. Cùm autem ſcribebant in tabula accepti, ſe pecuniam ab Titio accepiſſe, Titio dicebant pecuniam acceptam referre: vbi verò in altera tabula notabant, ſe pecuniam Titio dediſſe, Titio ſcribebant pecuniam expenſam ferre. Declarat hoc Aſconius Pedianus cùm dicit: Quæſtores vrbani ærarium curabant, eiuſque pecunias expenſas & accepas in tabulas publicas referre conſueuerunt: ex quibus poſtea modus loquendi tranſlatus eſt, vt cùm quid officij in nos ab aliquo conferatur, id nos illi acceptum referre: contra, ſi quid ab eo aduerſi accidat, improbitati illis expenſum ferre dicamus: vtrúque genus loquendi, quæ his ſubſcripſimus, loca maniſeſtiùs demonſtrabunt.

Cicero pro Aulo Cecinna: Hac emptione facta pecunia ſoluitur à Ceſennia, cuius rei putat iſte rationē reddi

non poſſe,quòd ipſe tabulas euerterit, ſe autem habere argentarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata: quaſi id aliter fieri oportuerit, cùm omnia ità facta eſſent, quemadmodum nos defendimus.

Idem in Verrem: Propter quod minùs Dolobella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expenſum tullit. In eundem: Homo ſtultiſſime atque amentiſſime, tabulas cùm conficeres, & cùm extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniā credebas, ijs expenſam non ferres, neque in tuas tabulas vllū nomē referres, cùm tot ibi nominibus Curtij referrent, quid proderat tibi expenſum illi non tuliſſe?

In eundem: Fœneratio erat eiuſmodi, iudices, vt etiā hic quæſtus huic cederet: num quas pecunias ferebat ijs expenſas, quibus cùm contrahebat, aut ſcribæ iſtius, aut Timarchidi, aut etiam ipſi iſti referebat acceptas.

In eundem. Si mihi acceptum non retuliſſet, putabat ſe aliquid defenſionis habiturum.

In eundem Verrem: Sexcenta milia accepta pupillo Malleolo retulit; Et ſubdit: Quando Chryſogono expenſa lata ſunt.

Ibidem: Tamen ſextertia ſexcēta millia cùm accepta retuliſſet, ſextertia quinque millia ſoluta non ſunt.

Idem in Philippica 2. Ego amplius ſextertiorum ducenties acceptum hæreditatibus retulit.

Idem pro Roſcio Comœdo: Qui pecuniam expenſam tulerunt, & ſubdit: Ille ſi non iuſſu huius expenſum tuliſſet, non ſcripſiſſet. Et vt intelligatur acceptum referre, vel expenſum ferre, id eſſe quod dixi, ſcribere videlicet quem debere, vel creditorem eſſe, etiam ſi pecunia data non eſſet, declarat Cicero in eodem Roſcio, dicens: Hæc pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. Datam non eſſe, Fannius confitetur; expenſam latam non eſſe, codices Fannij confirmant: ſtipulatam non eſſe, taciturnitas teſtium concedit. Idem Rufo: Si mihi expenſa iſta ſextertia centum tuliſſes. Idem Attico: Pro eo tibi præſentem pecuniam ſolui, imperaui, ne tu expenſam muneribus ferres. Eidem: videas enim vnde nummi ſint, mihi feras expen-

ſum. Idem in Philippicas: Quis vnquam in illo inuentus eſt, qui Lucio Antonio mille nummûm ferret expenſum? Horatius:

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Chœrilus:incultis qui verſibus,& malè natis,
Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Iulianus De iure dotium,l. Tale ſtipulatione. Socer genero ſuo ſic legauerat; *Lucio Titio filia mea nomine centum hæres meus, dare damnas eſto.* hanc pecuniam generũ petere debere, & exactam acceptam legatis referri.

Vlpianus ad Senatuſconſultum Trebellianum,l.Mulier.§.quare dicendum. Dicendum eſt, potiùs fructibus hoc expenſum ferendum,quàm fidei commiſſo.

Alſenus De manumiſſionibus, l. Seruus. Sed ſi interea, dum eum manumitteret, acceptum ſeruo retuliſſet: videri peculij fuiſſe.

Floren. De pignoratitia actione, l. Cùm & ſortis nomine,& vſurarum aliquid debetur,ab eo, qui ſub pignoribus pecuniam debet: quidquid ex venditione pignorum recipietur,primũ vſuris, quas iam tunc deberi cõſtat:deindè,ſi quid ſupereſt,,ſorti acceptum ferendũ eſt.

Pomponius de peculio, l. Si mulier. Itẽ,ſi mulier creditori viri fundum vendiderit, & tradiderit ea conditione, vt emptor acceptam pecuniam viro referat.

Papinianus,Qui potiores,l.Si prior:vt primam tantùm pecuniam expenſam ferat.

Titus Liuius ab vrbe condita: Homines propè cccc. produxiſſe dicitur, quibus fœnore expenſas pecunias tuliſſet.

Labeo de legatis, l. Qui concubinam. Quod acceptũ in tabulis ſuis ex ea hæreditate retuliſſet.

Hirtius in comment. Pecuniæ locupletibus imperabantur, quas Longinus ſibi expenſas ferri non tantùm patiebatur ſed etiam cogebat.

Ibidem: Sanatis vulneribus accerſit omnes, qui ſibi pecunias expenſas tulerant,acceptasque eas iubet referri, quibus parùm videbatur impoſuiſſe oneris, ampliorẽ pecuniam imperat.

Ibidem: Sibi quod rapuerant, acceptum referebant: quod interciderat, aut erat interpolatum, Caſſio aſſignabant. Liquet ergo quod dixi, Acceptum referre,

id

id eſſe quod in orationibus, in tabula videlicet accepti deſcribebatur, vel ſolutum eſſe ab aliquo, vel pro ſolutione admiſſum: & id eſſe ferre expenſum, quod in tabula expenſi notabatur quem debere ſtipulata pecunia vel alia re contracta: & vt notis ſæculo noſtro verbis vtar: Acceptum referre, erat ad introitum, quem facere creditorem: & expenſum ferre, erat ad exitum facere debitorem. Quod declarat etiam Aſconius Pedianus, cùm dicit: Expenſum ferre, eſt ſcribere te pecuniam dediſſe.

Id quoque aduertendum eſt: non ſolùm dici pecuniã acceptam referri, aut expenſam ferri, verumetiam & alia quoque opera, vt infrà.

Cicero in Verr. Rabonio opus inde acceptum retulit. Cælius Ciceroni: Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit C. Cæſari Pompeius.

Marcell. ad legem Iuliam repetundarum, l. Lex Iulia. Illud quoque cauetur, ne expenſum feratur opus publicum faciendum, frumẽtum publicè dandum, præbendũ, adprehendendum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta probata, præſtita legerint.

Iabolenus De ſuppellectile legata, l. Qui veſtem cõmunem omnem, & res plurium generum ſuppellectili expenſum ferre ſolitus erat.

Plautus ſine accepto poſuit, quod pauci hactenus (vt arbitror) intellexerunt, cùm in Aſinaria dixit: Itaque ob aſinos relatum precium Sauriæ numerari iuſſit ſeruo ſuo Leonidæ, id eſt, precium acceptum relatum Sauriæ, quod in ratione accepti Sauriæ adſcriptum erat ob aſinos, numerari Leonidæ ſeruo iuſſit. Cicero etiam acceptum ſimiliter omiſit, cùm in Verrem dixit: Vt ſi hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas ſocietati. Hactenus de proprietate, vel de modo dicendi eorum verborum diximus: mox pauca de tranſlatione dicemus.

Tranſlatio.

Cato Ciceroni: Si tu, quæ in re nihil fortuitò, ſed ſumma tua ratione & continẽtia Reipub. prouiſum eſt, Dijs immortalibus gratulari vos, quàm tibi referri acceptum magis gaudeo.

Cicero Attico: Te etiam atq; etiam oro, vt me totum

luendum ſuſcipias: vt ſi hi ſalui erunt, quibus curæ ſum, vnà cum his poſſim incolumis eſſe, ſalutemque meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre.

Eidem: vt ita diceret, ſe quòd eſſet Senator, quòd ciuis, quòd liber, quod viueret, mihi acceptum referre. Idem pro Cluentio: Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati ſuæ. Idem pro eodem: Verùm omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis refert acceptam clementiæ tuæ. Plancus Ciceroni: Quòd ſperant, quòd audent, omne Cæſari acceptum referre poſſunt. Titus Liuius ab vrbe cond. Nec Senatui, ſed familiæ Liciniæ acceptum referebant. Id quoque aduertendum eſt, vt ſuprà dixi, tranſlationem quóque fieri in verbo, Expenſum fero, dum aliquid malè curatur: vt Scæuola: Quæ in fraudem, l. Pupillus: Creditores ſuæ negligentiæ expenſum ferre debent.

ALIVS.

QVotieſcunque bonos autores legens, incurro in vnum aliquod ex his, quæ iam dudum colligo, eleganter dictis: toties mihi vehementer gaudeo, ac quaſi grandem aliquem nitidumque vnionem inuenerim, lætitia geſtio: mox varietatem eorum conſiderans, eam voluptatem mente meliùs concipio, quàm verbis exprimo, aut in publicum profero: mirariq; non deſino, cùm illorum perfectiſſimorum virorum diuinitatem, cùm multorum barbariem, ac quaſi oculis obductam caliginem, videre licet vel ex his clauſulis, quas infrà ſcripſi, *Aliud, aliter, contrà, ſecùs, iuxtà, ſtatim, proximè, par, æquè, idem, ſimile, magis, pariter, quandoque* etiam comparatiuum, & alijs huiuſmodi (non enim omnes collegiſſe me putem) quàm eleganter poſt ſe particulas *Ac, atque, Vt, quàm*, & quanta varietate obtineant. Quare vix conſiderari poteſt, quàm bellè, & quàm diuerſè, quamúe appoſitè, & propriè idem viri diſertiſſimi illis vtantur. Igitur primam de *Alio* cum particula *Ac* coniuncto, mox de reliquis aliqua ſubijciamus. Terentius in Phormio. Aliud mihi reſpondes, ac rogo. Varro de re ruſtica. Armentarius non aliud, ac bubulcus. Cicero in Verrem: Ne alio menſe, ac fas erat comitia haberentur. Idem Attico: Quod quidem agere ſi liceret, alio modo ac nunc agendum eſſet. Idem De oratore: Poteſt

re: Poteſt enim non ſolùm aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud aliâs videri. Idem pro Marco Cælio: Lux denique longè alia eſt ſalis ac lychnorum. Idem pro Cor. Balbo: Quid ergo hi poſſunt aliud iudicare, ac iudicauerunt? Idem de arte Rhetorica: Aut ſi alia ratione, aut aliam ob cauſam, ac dicet ſe reus feciſſe, demonſtrabitur eſſe factum Cæſar in Comment. Qui longè alia ratione, ac reliqui Galli bellum gerunt. Vatinius Ciceroni: Longè alia conditione ego ſum, ac cæteri imperatores, T. Liuius ab vrbe condita: Aliam ſuam, ac transfugarum cauſam eſſe.

De allio cum particula atque coniuncto.

Plautus in Pſeudolo: Illi ſunt alio ingenio, atque tu: Terentius in Andr. Alium nunc cenſes eſſe me, atque olim cùm dabam. Idem in Eunucho, Vereor, ne aliorſum, atque ego feci acceperit. Varro de lingua Latina: Poteſt enim eſſe Saturnus hic alia de cauſa dictus, atque in Sabinis. Cicero pro Planco. Nec erit hæc alia ratio Planco, atque Laterenſi Idem Attico: Mihi videtis aliud tu honeſtum, meque dignum in hac cauſa iudicare, atque ego exiſtimem: Idem pro Murena: Si aliud atque exiſtimas. Idem Lentulo: Non alius eſſem, atque nunc ſum. Idem de Oratore: Tantum & aliud eſſe atque hoc, & hoc ſine illo ſummum eſſe poſſe. Idem pro Cluent. Si ipſe A. Cluentius ſententiam de iudicijs rogaret, aliam non diceret, atque ij dixerunt, quorum ſententijs Cluentium condemnatum eſſe dicitis. Idem in Academicis: Cùm aliud cognoſceret atque ſentiret. Idem in Rhetorica: alio nomine illam rem de qua agitur appellari oportet, atque aduerſarij dicunt. Idem pro Aulo Cecinna: Longè alia ratione recuperatores ad agendum hac actione venio, atque initio veneram. Idem Terentiæ: Noſtra factum eſſe negligentia, vt longè alia in fortuna eſſet, atque eius pietas ac dignitas poſtulabat. Cæſar in comment. Docet longè alia ratione eſſe bellum gerendum, atque anteà geſtum ſit. Idem ibidem: Longè aliud ſibi capiendum conſilium, atque antea ſenſerat. Idem ibidem. Ac longè aliam eſſe nauigatione in concluſo mari, atq; in apertiſſimo oceano perſpiciebant. Saluſt. in Catilina: Ad hoc quicunque aliarum partium, atq; Senatus erant, conturbari Rempub;

quàm minùs valere ipſi malebant. Cæſar in comment. Alij ſunt legati partes, atque imperatoris. Hircius in comment. Neque enim aliud ius eſſe Cappadociç, atque Armeniæ. Ibidem: Si alia eſſet littoris Aegyptij natura, atque omnium reliquorum.

Hæc non habentur in exemplari Romano, Appendix.

C. Cæſar in anticatione priore: vno enim excepto, quam aliuſmodi atq; omnis natura finxit, ſuos quiſque habet charos. Cælius in primo. Neque ipſi eos alij modi eſſe atque Hamilcar dixit. Vbi aduertendum, Alij eſſe patrij caſus, quemadmodum & Alius quod non ſolùm maſculino, verumetiam in fœminino genere oſtenditur. Cælius in primo. Ant equam Barcha perierat, alij rei cauſa in Africam miſſus.

De particula Similiter, cum Ac, Atque, Vt, coniuncta.

Cicero de natura Deorum: Tu autem quid quæris? ſimiliter facis, ac ſi me roges. Idem in Philippica prima: Neque verò illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi. Idem de Officijs: Similiter eos facere, qui inter ſe contenderent, vter Remp. potiùs adminiſtraret: vt ſi nautæ inter ſe certarent, quis eórum potiſſimùm gubernaret. Paulus de liberis, &c. l. Filius familiâs: Miles ſimiliter vt paganus, nominatim à patre, aut hæres ſcribi, aut exhæredari debet.

De particula Simili, ac Diſsimili, cum Atque, & Ac; coniuncta.

Plautus in Bacchid. Haud conſimili ingenio atque illic eſt. Terentius in prologo Phorm. Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus. Cicero pro C. Rabirio: Et ſimilis viri tu vlciſceris patris mortem; atque ille perſequeretur fratris ſui? Idem de fidibus bonorum & malorum: Itaque & ſimilis erit finis boni, atque anteà fuerat. Idem de lege Agraria: Hic tamen excipit Pompeium ſimillimè, vt mihi videtur atque in illa lege. Idem Attico: Aut quieſcendum quod non diſſimile, atque ire in Solonium, aut Antium. Cæſar in comment. Hortatur eos, vt ſimili ratione, atque ipſi fecerunt; ſuas iniurias perſequantur. T. Liuius ab vrbe cond. Hæc ſunt Tribuni conſilia veſtra, haud hercle diſſimilia, ad ſi quis

ægro, qui curari ſe fortiter paſſus, exemplo conualeſcere poſſit. Ibidem: Similem pauorem inde, fugamque fore, ac bello Gallico fuerat. Neratius de acquirendo rerum dominio, l. Quod in littore: Nec diſſimilis eorum conditio eſt atque piſcium & ferarum. Triphon. eodem titulo, l. Si is: Simile eſt, atque in hæreditate. & ſubdit: Nunquid ſimile ſit, atpue cùm ſtipulatur?

De partucula Item, cum Atque, & Vt, coniuncta.

Varro de lingua Latina: Analogia non item ea diffinienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quæ ad vſum loquendi. Idem de re ruſtica: Alij ad curſuram, alij ad prædam, non item ſunt ſpectandi, atque habendi. Ibidem: Hoſce item vt equulos, & educunt, & alunt.

De comparatiuo cum Ac, & Atque, coniuncto.

Cicer. Att. Mihi quidem videtur diutiùs abfuturus, ac vellem. Catul. Ille non minùs atque tu, pectore vritur intimo flamma, ſed penitus magis. Horat. Inachiæ langues minùs, ac me. Idem: His me me conſolor victu rum ſuauiùs, ac ſi Quæſtor auus, pater atque meus, patruuſque fuiſſent. Plaut. in Merc. amicior mihi nullus viuit, atque is eſt. Terrent. in And. Non Apollinis magis hoc verum, atque hoc eſt Horat. Arctius atque hedera procera adſtringitur ilex.

De particula Secus, cum Ac, Atque, Quàm, coniuncta.

Plautus in Captiuis: Ne me ſecus honore honeſtes, quàm ego te. Cicero de Oratore: Me non multò ſecus facere, cùm de oratore diſputem, ac facerem, ſi eſſet mihi de hiſtrione dicendum. Idem pro Lucio Murena: Nō ſecus ac ſi meus eſſet frater. Ibidem. Non dixi ſecus ac ſentiebam. Idem Attico: Velim domum ad tuos ſcribas, vt mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſes. Idem pro Planco: Cuius ego ſalutem non ſecus ac meā tueri debeo. Idē de Oratore: Sed paulò ſecus à me atq; illo, diſtributa. Ibidem: Sed aliquantò ſecùs, atque in tradenda arte dici ſolet. Idem de natura Deorum: Quoniam cœpi ſecus agere, atque initio dixeram. Virg. Haud ſecus, atque alto in luco. Idem: Haud ſecus, ac iuſſi,

iuſſi, faciunt. Labeo de adquirendo rerum dominio, l. Si epiſtolam: Non ſecus atque in continenti agro.

De particula Aliter, cum Ac, Atque, coniuncta.

Plautus in Truculento: Sed longè aliter eſt amicus, atque amator. Terentius in Adelphis: Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum. Idem in Heauton. Aliter tuum amorem atque eſt, accipis: nam & vita eſt eadem, & animus erga te idem, ac fuit. Varro de lingua Lat. Aliter atque in reliquis dicitur. Idem de re ruſtica: De emptione aliter dico, atque facio Idem: Aliter quadrigarius, ac deſultor. Ibidem: Nec multò aliter tuendum hoc pecus in paſtu, atque ouillum. Idem de lingua Latina. Hoc nunc aliter fit, atque olim. Ibidem: Quæ dam aliter olim, ac nunc. Cicero de oratore: Vrbana etiam diſſimulatio eſt, cùm alia dicuntur, ac ſentias. Ibidem: Cùm aliter ſentias ac loquare. Idem pro P. Sylla: Torquatus rurſus in me irruit, me accuſat: ait aliter ac dictum eſt, in tabulas publicas retuliſſe. Idem in partitionibus oratorijs: Caſu cùm aliter cecidit, ac ſperatum & putatum ſit. Idem in Saluſtium: Neq; enim qui ita viuit vt tu, aliter ac tu loqui poteſt. Idem de Oratore: Aliter dicenda, ac intelligerentur. Idem de Officijs: Aliter de illis, ac de nobis iudicamus. Cæſar in comment. Sed ratio ordoque agminis aliter ſe habebat, ac Belgæ ad Neruios detulerant. Ibidem: Coactus eſt aliter, ac ſuperioribus annis exercitum in Hybernis collocare. Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: Aliter cauſam egi, atq; ille exiſtimaret. T. Liui, ab vrbe cond. Longè aliter patres, ac plebem adfecêre. Cicero ad pontifices: Proinde quaſi iſti vt de Cn. Pomp. aliter atque ego exiſtimo, ſentiant. Ibidem: Dubitans, timens, hæſitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, & pronunciarit & fecerit. Idem de arte Rhetorica: Aut aliter hoc in ſermone atque in dicendo ſit vtendum. Ibidem: Cùm aliter quid accidit, atque hi qui arguuntur, arbitrati eſſe dicuntur. Idem de oratore: Mouent illa etiam, quæ coniectura explanantur longè aliter atq; ſunt. Idem pro Tito Annio Milone: Quam ob rem iudices, vt ad cauſam crimenq; aliquan-

do

do veniamus, ſi neque omnis confeſſio facti eſt inuſitata, neque de cauſa quidquam noſtra, aliter ac nos vellemus à Senatu iudicatum eſt. Idem in epiſto. ad Seruium Sulp. Aliter cecidiſſe rem exiſtimas, atque opinatus ſis. Idem de finibus bonorum & malorum: Hic loquebatur aliter atque omnes ſentiebant. Idem Curioni: Sed aliter atque oſtenderam, facio. Idem pro domo ſua: Hæc homines improbi ad quoſdam viros fortes longè, aliter, atque à me dicta ſunt, detulerunt. Idem in ver. Quòd iſte aliter, atque vt edixerat, decreuiſſet. Paulus De rei vend. l. Pomponius: Aliter atque ſi certis regionibus poſſideatis. Vlpianus de ſeruitutibus, l. Quoties. Nihil agitur aliter, atque ſi concedas mihi, ius tibi nõ eſſe in fundo tuo. Idem, Quando dies, &c. l. Quanquam: Semel cedit dies aliter, atque ſi cui in menſes ſingulos, vel in dies, vel in annos ſingulos quid legetur. Idem de hæredibus inſtit. l. Circa eos. Celſus lib. 15. ff. probàt. aliter, atque probat in illa inſtitutione.

De particula Contrà, cum Ac, Atque Quàm, coniuncta.

Cicero pro Cor. Balbo: Si denique aliquid quod non contrà, ac liceret, factum diceretur, ſed contrà atque oporteret Idem de Oratore: Vt contrà, ac dicat, accipi & ſentiri velit. Idem in Verrem: Si hæc contrà, ac dico, eſſent omnia. Idem de finibus bonorum & malorum: Itaque contrà eſt, ac dicitis. Idem de diuinatione: Vides tamen omnia ferè contrà ac dicta ſunt, eueniſſe. Idem in Philipp. 12. Præſertim cùm contrà ac Deiotarus ſenſit, victoria belli indicauerit. Saluſt. in Catilina: Vbi vidit Catilinam contrà ac ratus erat, contendere. Cic. pro P. Sylla: Iam enim faciam criminibus omnibus penè diſſolutis, contrà atque in cæteris cauſis fieri ſolet. Idem in Catilinam: Iidemque iuſſerunt ſimulachrum Iouis facere maius, & in excelſum collocare, contrà atque anteà fuerat. Idem in ſomnio Scipion. Qui verſatur retrò contrario motu atque cœlum. Cæſar in comment. Qui contrà atque eſſet dictum, prælium commiſiſſent. Cice. pro A. Cecinna: Miror te hoc in hac re alieno tempore, ac contrà quàm iſta cauſa poſtulaſſet, defendiſſe. Idem pro Cluentio: Generi ſui contrà quàm fas erat, amore capta. Idem pro domo ſua: Aut quid de veſtro iure aut religione, contrà quàm propoſueram, diſputabo? Idem

de arte

de arte Rhetorica:Summa impudentia eſt,eum qui contrà quàm ſcriptum ſit,aliquid probare velit. Idem in Piſonem:Vt Senatus contrà quàm ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret. Vlpianus de ſeruitutibus. Quod vi, aut clam,l.Prætor ait:Si quis contrà quàm prohiberetur,fecerit. Idem : Quod vi, aut clam,l.Si alius.At Iulianus, qui ante nunciationis remiſſionem contrà quàm prohibitus fuerit,opus fecerit.

De particula Proximè,cum Atque coniuncta.

Cicero Dolabellæ:Non poſſum ego non aut proximè atque ille,aut etiam æquè laborare.

De particula Statim,& Confeſtim,cum Atque, Quàm,Vt,coniuncta.

Marcellus De fideicommiſſarijs libertatibus, l.Cùm fidei.Poteſt confeſtim vt fuerit alienatus petere. Vlpianus de ædilitio edicto, l. Aediles : Iudici eorum ſtatim atque iudex factus eſt,omnium rerum officium incumbit.Martianus de officio proconſulis,l.Omnes proconſules:Statim quàm vrbem egreſſi fuerint, habent iuriſdictionem, Paulus ad Senatuſconſultum Velleianum, l.Debitrix:Quamuis ſtatim atque intercesſerat mulier, competierat.

De particula Aequè & Perinde, cum Ac, Atque, Vt, Quàm,coniuncta.Et primò de Aequè,ac.

Plautus in Sticho. Scis tute facta velle æquè ac tu velis. Terentius in Andria : Quis miſer æquè ac ego? Cicero Curioni : Cui charus æquè ſcis & iucundus, ac fuiſti patri.

Aequè,atque.

Plautus in Aulul.Pumex non æquè aridus, atque hic eſt ſenex.Cæſar in comment.Aequè ferè latitudine, atque ille congeſtus ex materia. Cicero pro Cluentio: Aequè,poſthàc, atque illum dictatorium gladium pertimeſcamus.Idem pro Sexto Roſc.Amerino:Aequè turpe atque illud, de quo antè dixi. T.Liuius ab vrbe cond. Quos territos æquè atque hoſtes timebat.

Aequè,quàm.

Plaut:in Sticho.Ridiculus æquè nullus eſt,quàm dum eſurit Idem in Aulul.Nunquam æquè patri nuncium lepidum attulit,quàm ego nunc meæ heræ nunciabo. Tit. Liuius ab vrbe cõdita:An eſt,qui dubitet Tribunos plebis

bis vllis iniurijs veſtris æquè, quàm munere patrum in plebem offenſos eſſe?

Aequè, Vt.

Cicero pro domo ſua: Itaque libentiſſimè prædicabô Gn. Pompeium ſtudio & autoritate æquè, vt vnumquenque veſtrûm, pro ſalute mea laborauiſſe. Idem Attico: Et ſimul quòd æquè ea quæ ſunt, vt ea quæ certè futura ſunt, videre non poſſunt.

Tibullus.

Nec tibi ſit, mea lux, æquè tam feruida cura,
Vt video paucos ante fuiſſe dies.

Aequè, abſolutè.

Terentius in Hecyra: Aequè eadem ſtudeant, velintque omnia.

Perindè, atque.

T. Liuius ab vrbe cond. Perindè atque capta vrbe.

Perindè, Vt.

Cicero pro Cluent. Nam perindè vt opinio eſt de cuiuſcunque moribus: T. Liuius ab vrbe cōdi. Nec perindè vt maluiſſet. Ibid. Perindè vt eueniret res.

Perindè, quaſi.

Cicero pro Pub. Quintio: Atque hęc perindè loquor, quaſi illo ipſo tempore, cùm te prætor iuſſiſſet ex edicto poſſidere. Idem pro T. Annio Milone: Hoc enim ſępe ab iſtis dicitur, perinde quaſi Appius ille Cæcus viā muniuerit. Idem pro Clu. Perinde quaſi ego non ab initio huius defenſionis dixerim. Idem pro eodem: Perinde quaſi exitus rerum, non hominum conſilia, legibus vindicentur.

De particula Par, ac Pariter, cum Ac, Atque, Vt, coniuncta.

Plautus in Menechmis: Ecaſtor pariter hoc, atque alias res ſoles. Idem in Aulularia: Pariter moratus, vt pater auusque huius fuit. Cæſar in commentar. Pari ſpacio tranſmiſſus atque in Gallia eſt in Britanniam. Cicero de natura Deorum: Neque enim mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit. Titus Liuius ab vrbe condit. Trucidant fœminas pariter ac viros. Idem Liuius ibidem: Nequaquam pari ad patienda ea robore ac Romani fuiſſent. Ibidem: Amici pariter ac nūc ſubiecti ac obnoxij vobis minùs eſſemus.

De par

De particula, Pro eo, cum Atque, coniuncta: quæ omittere nolui, tametſi à recentioribus dicta ſunt.

Vlpianus de teſtamentis, l. Ad teſtium: Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, verumtamen ſignauerit, pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet. Idem de noui operis nunciatione, l. Prætor: Pro eo habendũ eſt, atque ſi nullo iure factum eſſet.

De particula, In partem, cum Atque coniuncta.

Cæſar in Commentar. In partẽ iuris, atque ipſi erant, receperunt.

De particula Idem, cum Ac, Atque, coniuncta.

Plautus in Moſtel, Eundum animum oportet mihi eſſe gratum, vt imperaui, atque olim priuſquam id extuli, cùm illi ſublandiebar. Varro de lingua Latina: Idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus. Cato de re ruſtica: Pomarium ſeminarium ad eundem modum, atque oleaginum facito. Ibidem: Denſus eodem modo componito, atque ſpiram. Titus Liuus de bello Punico: Ipſa re intellecturos nequaquam idẽ eſſe Syracuſas ac Leontinos oppugnare. Vlpianus: Si cui pluſquam per legem, &c. l. Niſi dolus: Non eandem cauſam eſſe decem aureorum, quos annuos tibi teſtes Pompeiæ Criſpinæ patronæ tuæ relictos proponis, atque fuit alimentorum. Hirtius in commentar. Cùm ſe inferiores eiuſdem generis ac ſaporis aqua dicerent vti, atque antea conſueuerant. Ibidem: Non oportere illum eodem vti veſtitu, atque ipſe vteretur.

De particula Iuxtà, cum Ac, Atque, Mecum, Tecumque coniuncta, & quandoque abſolutè poſita.

Varro libro ſecundo rerum ruſticarum: Feminas iuxtà ac mares habere ſolebat. Cicero oratione, qua gratias agit poſt reditum: Officijs iuxtà ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentauit: Saluſtius in Iugurthino: Propterea tranſuerſis itineribus quotidie caſtra mouere, iuxtà ac ſi hoſtes adeſſent. Plautus in Aſinaria: Dixi tibi mater, iuxtà rem mecum tenes. Saluſtius in Catilina: Nũc verò quo in loco res ſitæ ſunt, iuxtà mecum omnes intelligitis. Plautus in Perſa: Iuxtà tecum, ſi tu neſcis, neſcio. Ibidẽ: Iuxtà tecum æquè ſcio. Saluſtius in Iugurthino: Iuxtà boni maliq; ſtrenui, & imbecilles multi obtruncati ſunt. Ibidem: Neque loco, neque mortali cuiquam, aut

tempori ſatis credere,ciues hoſtes iuxtà metuere.Ibidē: Hyemem,& æſtatem iuxtà pati.Ibidem: Plebi patribuſ-que poſtquam inuidia deceſſerat, iuxtà charus. Tit.Li-uius ab vrbe cond. Abſentium bona iuxtà, atque inter-emptorum diuiſa fuerunt. Ibidem: Trucidant inermes iuxtà atque armatos. Idem de bello Punico: Nauales ſocij iuxtà effuſi,ac ſi inſulas prædarentur. Idem ab vr-vrbe condit. Iuxtà hyeme atque æſtate bella gerere poſ-ſe. Idem de bello Macedonico: Humanum genus, ve-ſtrum nomen imperiumque iuxtà ac deos immortales, iampridem intuetur.

ALTER.

QVanta eſt in multis bonarum literarum inſcitia? quàm ineptè,Deus bone,& ineleganter nonnulli dum ſe latinè loqui putant,nouitatibus gaudent? Quis non dicit vnum, & duo? Primum & ſecundum? ecquis non dicit viceſimoprimo die?ſemel & bis? At videre li-cet,vel ex his quæ ſubieci quantum ab illa vera germa-naque Latina lingua defecerint,& quantum loquendi, dicendique mutauerint genus. Nam perfectiſſimo illo ſæculo,non vnum & duo,ſed vnum & alterum:nō ſem-per primum & ſecundum, ſed frequentiùs primum & alterum:non viceſimo primo die,ſed altero & viceſimo die:non ſemel & bis,ſed ſemel & iterum dicebant. Qui verò dixerunt vnum & alterum ſignificare, vnum aut duo: vel vnum & alterum, ſignificare vnum & duo: vel de duobus vnum alterum ſemper dici,in eadem erroris naui verſati ſunt. Nam vnus & alter modus erat pro-prius loquendi,vnus aut duo non proprius, & vnus aut alter,& primus & alter de duobus non ſemper, ſed ali-quando dicitur. Quandoque verò alter & alter loco vtriuſque dicebatur, vt infrà meliùs videbitur. Terent. Venit vnus & item alter. Cicero Attico: quid enim eſt tantum in vno aut altero die? Idem pro Aulo Cluen-tio: Vnus & alter dies interceſſerat,cùm res parùm cer-ta videbatur. Et paulò poſt: qui cùm vnum iam & alte-rum diem deſideraretur. Ibidem: Habetur vna & altera concio vehemens & grauis. Idem in Verrem: Rex pri-mò nihil metuere,nihil ſuſpicari,dies vnus & alter, plu-res, non refertur. Ibidem: Vnum & alterum menſem,

propè annum, denique domi tuæ pyratæ aliquo tempore capti ſunt. Ibidem: Tum repentè iſte teſtes citari iubet, dicit vnus & alter breuiter. Idem Appio Pulchro: Si quem tibi item vnum alterúmve diem abſtulerit. Virg. Iamque dies, alterque dies proceſſit. Ouidius in Sappho. Et ſub ea, verſus, vnus & alter erit. Catullus: Quàm veniens, vna atque altera rurſus hyems. Horat in Sermonib. Ducendus comes vnus & alter. Ibidem. Ne ſi vafer vnus & alter. Idem in epiſtol, Si verſus paulò concinnior vnus & alter. T: Liuius ab vrbe condit. Vno aut altero abrepto, Ibidem: Bellum in Sicilia iam alterũ annum geritur. Ibidem: Vni aut alteri militi Idem de bello Punico: Vno, aut ad ſummum altero precio. Idem pro Gn. Planco: Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit, emptis prouincijs, à Senatu, à Repub. à bonis omnibus defecerant. Idem pro Lucio Murena. Neq; in vno aut altero animaduerſum eſt. Vlpianus de iudiciis. l. Nõnunquam: Poſt vnum, vel alterum. Idem de ædilitio edicto, l. Quis ſit fugitiuus. Idem ait, nec eum qui ad fugã gradum vnum, alterumúe promouit eſſe fugitiuum. Idẽ de noui operis nunciatione, l. Stipulatio: Non ſi vnum vel alterum cemẽtum fuerit poſitum. Alfen. De iudicijs, l. Proponebatur: Si vnus, aut alter. Quo loco multi poſt illud Ciceronis diuinum ſeculum, deprauato dicendi genere ferè ſemper dicunt, primũ & ſecundum: veteres illi (vt diximus) plerunque primum & alterum dicebãt. Cato de re ruſtica: Prima eſt lenis, altera eſt criſpa. Cicero in verrem: Alterum, tertium, quartum: permulta erant eiuſmodi nomina. Ibidem: Primo die teſtium tanto numero citato, alter dies & amicis iſtius, & defenſoribus tertius dies, ſic hominem proſterneret. Idem pro A. Cluentio: Vnum, alterum, tertium annum Saxia quieſcebat, Idem in Tuſc. Primam poſuit eam, de qua modò dixi, quæ orta eſſet ex præſenſione rerum futurarum: alteram, quã ceperimus ex magnitudine commodorũ. Idem de natura Deorum: Vnus is modus eſt, de quo ſatis dixi, qui eſt ſuſceptus ex præſenſione rerum futurarum, alter ex perturbationibus tempeſtatum, tertius ex commoditate rerum. Idem in ſecunda Philip. Proximo, altero, tertio denique reliquis conſecutis diebus. Horatius: Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò ter-

tertia ſuccedant. Videre etiam licet, quanta ſit venuſtas in ijs dicendi modis, Alterum tantum, tria tanta, ſexcenta tanta, bis tanta. Plautus in Epidico: Imò etiã ſi alterũ tantum perdundum eſt. Idem in Bacchid. Alterũ tantum auri non meream. Cicero de Oratore: Vt neceſſe ſit partẽ pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tantum, aut ſeſqui eſſe maiorem. Calliſtratus de iure fiſci, l. Non intelligit: Totum cum altero tanto cogitur ſoluere. Scæuola de alimentis, l. Libertis: Eo amplius alterum tantum, quãtum in ſingulis in numero præter cibaria & veſtiaria, dari voluit. T. Liui ab vrbe cond. Alterum tãtũ ex Latino delectu adijciebatur. Plautus in Trinummo: Tribus tantis illis minùs reddit, quàm obſerueris. Idem in Bacch. Sexcentá tanta reddam, ſi viuo, tibi. Idem in Pſeudolo: Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoleant credier. Idem in Mercatore: Imò bis tanto valeo, quàm valui priùs. Idem in Amphitrione: Bis tanto amici ſunt inter ſe, quàm priùs. Varro lib. 3. rerum ruſti. Ea pars reddiderit eo anno bis tantum, quàm tuus fundus. Hircius in comment. Accedebat propè alterum tantum. Ibidem: Peditum ac leuis armaturæ quater tantis.

His ſubijciam autoritates de modo dicendi, quem præpoſui de altero & viceſimo, & his ſimilibus, quamuis deficiente iam priſco illo eloquentiæ candore, T. Liui & eius æquales, ac illis ſuccedentes, vnum & viginti quandoque etiam dixerunt. Sed primùm meliora, deinde de fece hauriemus, vt planè quod intereſt diſcrimen appareat. Cic. pro Cornificio: Liberaliùs literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & viceſimo die (vt dicebat) reddidit. Idem pro Milone, vbi particulam *Alter* poſtponit, cùm ſuperius eam præpoſuiſſet: Centeſima lux eſt ab interitu P. Clodij, & opinor altera. T. Liuius ab vrbe cond. Anno triceſimo altero, quàm condita Roma erat. Idem tandem mutato aliquantulum dicendi genere ibidem dixit: Vna & viginti legionibus eo anno defenſum imperiũ Romanũ eſt. Et ibidem: Signa vnum & triginta capta. paulòpoſt. Vnum & triginta oppida cœperunt.

Idem ſeruauêre elegantiſſimi illi viri in aduerbijs, ſemel, iterum, tertiùm, vt ſuprà diximus: quo loco ineptiſſimè dicunt, ſemel, bis, ter: vel, ſemel, ſecũdò, tertiò. Cicero

D in

in Bruto. Antiſtius Piſo ſæpe dicebat,minus ſæpe Pomponius,raró Carbo,ſemel aut iterum Philippus.Idem de diuinatione:Quod ſemel ille iterúmque neglexit,ibidem A Senatu ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt.Cic de natura Deorum : Venereum faciat aliquamdo nonnunquá etiam iterum, ac tertium. Vlpianus de receptis arbitris,l.Labeo:Poſt cauſam ſemel atque iterum tractatam,Titus Liuius ab vrbe condita:Iulium ter, Virginum iterum apud Marcum Licinium inuenio, ibidem : Iterum ac tertiò veniſſe tradōt.Idem de bello Punico:Ter Perditæ patriæ ſuſtinendum crimen eſt, ſemel cū defectionem iniſti ab Romanis:iterum cùm pacis cum Hannibale fuiſti autor, tertium hodie cùm reſtituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum tu es, ille alter,frequenti in vſu apud antiquos reperitur, parùm tamen hactenus obſeruatum. Cicero Attico: De illo altero quem ſcribis tibi viſum eſſe non alienum Eidem : De illo altero ſcio equidem venire nunc nil poſſe. Idem de Oratore : Quid ille alter? Quid petam præſidij? Ibidem: Nam illud alterum genus quod quod eſt, temporibus,locis,reis definunt.Saluſt.in Catil.Adherbalem, omneſque qui ſub imperio Micipſæ fuerant, metus inuadit, in duas partes deſcedunt: Numidæ plures Adherbalem ſequuntur,ſed illum alterum bello meliores. Ibidem: In diuiſione quæ pars Numidiæ Mauritaniā attingit,agro, vtriſque opulentior, Iugurthæ traditur: illam alterā ſpecie, quæ vſu potiorem,quæ portuoſior & ædificijs magis exornata erat, Adherbal poſſedit.

Sed nota, non ſemper dici,vnum & alterum,vel primū & alterum, ſed quandoque dici, alterum & alterum loco vtriuſque vt ſuprà diximus.Cic.de diuina. Cùm duo quidam Arcades familiares iter vnà facerent, & Megaram veniſſent,alterū ad cauponem diuertiſſe ad hoſpitem alterum. Idem de natura deorum : Non vides Solem deum eſſe,Lunamque, quorum alterum Apollinem Græci,alteram Dianam putant.ibid Ioues tres numerant in Arcadia alterum patre Aethere,alterum patre Cœlo, tertium Cretenſem Saturni filium. Idem in Tuſc. Nam duæ ſunt ex opinione boni, quarum altera Voluptas, altera Cupiditas. Idem pro P. Qu. Quæ res in ciuitate duæ plurimùm poſſunt,hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tēpore, ſumma

ma gratia, & eloquentia: quarum alteram C. Aquili vereos alteram metuo. Horatius:

Fraternis animis quidquid volet alter & alter.

Cicero pro P. Sylla: Ita charus vtriſque eſt, atque iucundus, vt non alteros dimouiſſe, ſed vtroſque conſtituiſſe videatur. Idem pro Q. Ligario: Ergo hæc duo tempora carent crimine, vnum cùm eſt legatus profectus, alterũ cùm efflagitatum à prouincia propoſitus Africæ eſt. Tertium tempus eſt, quo poſt aduentum Vari in Africa reſtituit. Idem pro Cluentio: Illic iterum ille tertiò auctionibus factis pecuniam dedit Ibidem: Quamobrem alteram partẽ ſic, vt oremus. Idem pro domo ſua: Eijciuntur duo, quos videre improbi non poterant, alter per honorem turpiſſimum, alter per honeſtiſſimam calamitatem.

ADEO.

PRinceps ille Latinæ eloquentiæ Cicero, ac cæteri eius ætatis autores, vt reliquis omnibus ita elegantiſſimè particula *Adeò*, vſi ſunt, quàm præ cæteris obſeruatione præcipua dignam, colligendum duxi. Cui veteres illi coniunctionem *Atque* præponentes, ſignificare eam aliquando, *Potius*, aliquando, *Etiam*, voluerunt, vt infrà apertè oſtenditur Cicero Seruio Sulp. Sed aliquid atque adeò multa afferunt de ſuo. Trebonius Ciceroni: Nihil adoleſcente tuo, atque adeò noſtro amabilius. Cicero pro Planco: infector, poſco, atque adeo flagitio. Idem pro Cluentio: Clamore hominum de foro, atque adeò de ciuitate eſſe ſublatum. Idem pro Roſcio: Hoc conſilio, atque adeò hac amentia impulſi. Idem in Verrem: Atque adeò antequàm de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur de prouinciæ dignitate, vetuſtate, vtilitate dicenda. Idem in Catilinam: Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus, eorum autem caſtrorum Imperatorẽ, ducemq́ue hoſtium, intrà mœnia atque adeò in ſenatu videmus. In eundem: Qui de huius vrbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitant. Idem Attico: Cum Philotino loquere, atque adeò Terentiam habebis Idibus. Idem in Verr. Domo eius emigrat, atque adeò exit, nam iam antea emigrârat. Idem in eundem: Ex Sicilia diſcedendum, atque adeò fu-

giendum eſſe arbitretur. Ibidem: Quæ ſi magna, atque adeò maxima vobis videntur quam variè & copiosè dicantur expectare nolite. Ibidem: Cùm magno detrimēto atque adeò exitio vectigalium. Ibid. At quam legem corrigit iudices, atque adeò totā tollit? Ibidē: Cùm hæc eſſent ita conſtituta, Verres tot annis, atque adeò ſeculis inuētus eſt, qui hæc non commutârit. Plautus in Caſina: Eſurio, atque adeò nunc haud parum ſitio. Terent. Memini, atque adeò longū eſt expectare. Plautus in Amphitri. Imò præter me venio, atque adeò tu Blepharo iudex fies. Idem in Caſina: Dum mihi volui, huic dixi, atque adeò dum mihi cupio perperàm iamdudū herclè. Tit. Liu. ab verbe cōd. Non petentem atque ad eò abſentē etiā creatū credidêre.

ALLEGARE, LEGARE, ablegare.

ALlegare, legare, ablegare, à multis impropriè paſſim dicitur. Non enim verbi proprietatem attendunt, ſed vulgarem errorem peſequuntur, nam cùm autorem aliquem in rem ſuam adducere aut citare volunt, allegare illum dicunt, cùm Allegare ſit, quaſi in legationem quem rogatum pro paruis priuatiſque cauſis mittere. Legare pro publicis magniſque rebus. Ablegare verò eſt ferè in exilium eijcere, aut à cōſpectu remouere, vt infrà patebit.

Allegare.

Plaut. in Epid. Si alegaſſem aliquem ad hoc negocium. Idem in Pſeudolo. Pſeudolus tuus allegauit hunc. Idem in Caſina: Patet allegauit villicum, qui poſceret ſibi iſtam vxorem, & ſubdit: Filius autem allegauit armigerum ſuū. Idem in prologo Caſinæ. Conſeruatam vxorem, conſerui duo expetunt: alium ſenex allegat, alium filius. Idem in Amphit. Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os ocillet probè. Idem in Perſa Imò alium allegauero, qui vendat, qui eſſe ſe peregrinum prædicet. Terrent. in And. Te obſeto, vt non credas me eſſe allegatum hunc ſenem. Cicero Catoni: Extremum, inquit, illud eſt, vt quaſi diſſidens rogationi meæ Philoſophiam ad te allegem. Idem Mar. Marcel. Si mihi tecum minùs eſſet, quàm eſt, cum tuis omnibus allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. Idem pro Sexto Roſcio Amerino.

Nam

Nam ſtatim Chryſogonus & ipſe ad eos accedit, & homines nobiles allegat ijs, qui peterent, ne ad Syllam adirent, Idem in Philip. Cretenſis iudex, isque nequiſſimus, quemadmodum ad hunc reus alleges? Qu. Cicero de petitione Conſulatus ad M. Tullium: Herogandi omnes ſunt diligenter, & ad eos allegandum eſt: perſuadendumque eſt ijs, nos ſemper cum optimatibus de Reipub. ſenſiſſe. Cicero in Verrem. Cùm ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potiùs interclusos viderent. Ibidem: Primò neceſſarios iſtius ad eum allegatos eſſe dicebat. Ibidem. Petit à me Rabirius, & amicos allegat, facilè impetrat.

Legare.

Saluſtius in Iugurthino: Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles amplis honoribus vſi. Tit. Leui. de bello Macedon. Conſulem legari ad id bellum placuit. Plautus in Amphit. Delegit viros primorum principes, eos legat Telebois. Cicero pro Pub. Sextio: Ne iſti quidē, quos legatos non modò nullo Senatuſcōſulto, ſed etiam impugnante Senatu, tute tibi legaſti. Idem ad Atticum: Me legatum iri non arbitrabar. Idem ad eundem: Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas. Idem in Verrem vtrunque declarat, cum dicit: O Dij immortales, quanta iſte cupiditate, quantis allegationibus illam ſibi legationem expugnauit? Idem Aulo Cecin. Caſſium ſibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. In Verrem: Centuripini Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium.

Ablegare.

Plautus in Caſina: Hinc adoleſcentem peregrè ablegauit pater. Terent in Hecyr. Aliquò eſt mihi ablegandus, dum parit Philumena. Varro de re ruſt. Pecus à prato ablegandum, & omne iumentum, Cicero Attico: A fratris aduentu me ablegat, T. Liu. ab vrbe cond. Sub tempus pueros venatum ablegauit. Idem de bello Punico Ablegandum eò vnde ad nos fama accedere non poſſit. Ibidem: Deinde vbi ablegatum velut de induſtria M. Marcellum viderunt. Ibidem: Niſi tota procul Sicilia ablegarentur. Ibidem: Remotam in perpetuum, & ablegatam ab vrbe, & ab Repub. iuuentutem. Ibidem: Ablega-

Ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum. Idem de bello Macedonico: Orare vt ſe extra Italiam aliquò ablegarent.

AMPLIVS.

AMpliùs aduerbium eſt, quandoque comparitiuum, Aduerbium tritum eſt: ſed videre licet, quàm eleganter comparatiuo antiqui vſi ſunt: in quo obſeruandũ eſt, eos quandoque ipſum comparatiuum non ſolum ablatiuo, ſed etiam accuſatiuo, quandoque & nominatiuo ſine particula Quàm, iunxiſſe. Quæ, & eiuſmodi, qui ſedulò obſeruauerit, & ſcriptis ſuis interm:ſcuerit, paruo negocio elegans euadet. Idem fecerunt de particulis, Plus, Minus, Abhinc.

De particula Ampliùs, nominatiuo coniuncta.

Cicero pro Roſc. Comœdo: Ampliùs ſunt ſex menſes. Idem in Verrem: cùm enim Syracuſis ampliùs centum ciues Romani cognoſcerent. Cæſar in comment. Iouentebat ex captiuis, Sabini, flumen à caſtris ſuis non ampliùs decem millia paſſuum abeſſe Hircinrus in cõmentar. genitiuo coniunxit, cùm dixit: Ampliùs duorum millium terga vertebant. T. Liu. de bello Punico: Ampliùs populi fuerunt centum viginti. Ibidem: Ampliùs ſex millia hominum capta.

De particula Ampliùs, accuſatiuo coniuncta.

Cicero in Verrem: Qui cùm ampliùs centũ ciues Roman. haberet ex conuentu Syracuſarum. Idem id Atticum: Qui ager, vt dena iugera ſint, non ampliùs hominum quinque millia poteſt ſuſtinere. Idem pro Roſcio Comœdo. Tu hoc nomen triennium ampliùs in aduerſarijs iacere pateris? Cæſar in comment. Cùm ipſi non ampliùs octingentos equos haberent. Ibidem: Ampliùs horas quatuor fortiſſimè pugnauerunt. Virg in Bucol. Treis pateat cœli ſpacium non ampliùs vlnas. Saluſtius in Catilina: Quod ampliùs annos XXX. Tribunus atque præfectus, aut legatus fuerat. T. Liuius ab vrbe cond. Ceperunt ampliùs tria millia hominum. Pompeius Lucio Domitio: Non ampliùs quatuordecim cohortes Luceriam coegi.

De

De particula Ampliùs, & diutiùs ablatiuo coniuncta.

Terẽt. Sexaginta annos natus es, vt conijcio, & eò ampliùs. Cicero pro Roſcio Comœdo: Hoc nomen triennio ampliùs in aduerſarijs relinquebas Idem pro Lucio Flac. Laodiceæ viginti pondo paulò ampliùs. Idem pro Caio Quinto: Annum, & eò diutiùs poſt mortem Caij Quintij. Cæſar in comment. Quæ caſtra, vt fumo atque ignibus ſignificabatur, ampliùs paſſuum millibus octo in latitudinem patebant. Ibidem. Millibus ampliùs quingentis in longum patet. Cælius Ciceroni: Ampliùs quadraginta diebus manſit. Tit. Ciui. ab vrbe condita: Pugnatũm ampliùs duabus horis eſt. Idem de bello Punico: Victi ampliùs ducenti cecidêre.

De particula plùs, ablatiuo, accuſatiuo, & nominatiuo iuncta: & primùm de ablatiuo.

Terent. in Hecy. Dies triginta, aut plùs eò in naui fui. Cicero pro Pub. Quintio: At tecum plùs anno vixit in Gallia. Idem pro Planco: Non poſſum dicere eum præfuiſſe, neque poſſum negare eum ab fuiſſe, ſed non plùs duobus, aut tribus menſibus. Tit. Liuius de bello Punico: Ab vtraque parte ſexcentis plùs peditibus, & dimidium eius equitum cecidit. Ibidem: Fama tenuit haud plùs fuiſſe modio. Ibidem: Non plùs vno Romanorum amiſiſſe.

De Plùs, iuncta accuſatiuo.

Cato in re ruſtica. Ne plùs quatuor digitos tranſuerſos emineant. Cælius Cicer. Hîc multùm ac diu ludetur, atque ita diu, vt plùs biennium in his tricis moretur. Vitruuius: Ita à pariete diſtent, vt ne plùs pateat palmum. Idem: Diſponantur inter ſe neplùs ſpacium habentes pedes binos. Idem: Dum ne plùs inter duos modos alligationibus binos pedes diſtent: Tit. Ciuius de bello Macedonico: Aberat acies eorum paulò plùs quingentos paſſus.

De Plùs, iuncta nominatiuo.

Tit. Ciuius de bello Macedonico: Plùs quinquaginta hominum ceciderunt. Ibidem: Paulò plùs trecenta vehicula miſſa. Idem de bello Punico, Hominum eo die cæſa plùs duo milia. Ibidem: Plùs tamen duo millia hoſtium eo die cæſa. Ibid. Plùs decem millia capta.

De particula Minùs nominatiuo, accuſatiuo, & ablatiuo coniuncta, & primùm de nominatiuo.

Cicero in Verrem: Iuſſit vt quæ ſtatuæ C. Verres ipſius & patris & filij eſſent, eas quæſtores demoliendas locarent; dumque ea demolitio fieret ſenatores triginta non minùs adeſſent. Titus Liuius de bello Punico: Minùs duò millia hominum effugerunt. Ibid. Haud multò minùs quàm mille capta. Idem Hiſpani paulò minùs mille homines pacti tranſtulerunt ſigna.

De Accuſatiuo.

Ibidem: Nunquàm aix minùs quatuor pedes alta iacuit. Vitruuius: Aluei autem latitudo inter parietem & puteum non minùs ſit pedes ſenos.

De Ablatiuo.

Cice pro Lucio Flacco: Ante pedes prætoris in foro expenſum eſſe auri pondo centum paulò minùs. Cæſar in commentar. Minùs horis tribus millium pedum 15. in circuitu munitionem perfecerunt. Ibidem: A millibus paſſuum minùs duobus caſtra poſuerunt. Vitruuius: Cùm non minus tribus corijs fuerit deformatum.

Obſeruatum item eſt in Aduerbio Abhinc, quandoque ablatiuo, quandoque accuſatiuo iungi.

Terentius in Andria: Abhinc triennium ex Andria commigrauit huic viciniæ. Cic. pro Cornelio Balbo. Etenim ſi Fn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet. Idem in Verrem: Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus eſt. Ibidem, Quæſtor C. Papirio conſule fuiſti abhinc annos quatuordecim, Idem in philip. Et enim ſi abhinc annos propè XX. hoc ipſo in templo negaui poſſe mortem immaturam eſſe conſulari, quantò verius nunc negabo ſeni? Idem de diuinatione, Demoſthenes quidem, qui abhinc annos propè quadringentos fuit. Horatius:

Scriptor abhinc annos centum qui decidit.

De Ablatiuo.

Cicero pro Roſcio Comœdo, Criminatio tua, quæ eſt Roſcium cum Flauio pro ſocietate decidiſſe, quo tempore? abhinc annis quindecim. Idem Attica pro Corn. Me abhinc annis ampliùs 25. ſpopondiſſe dicit. Flauius Alphe

nus de iudicijs, l.) Proponebatur, Qui abhinc centum annis fuiſſet.

HIc quoque loquendi modus non eſt prætereundus, quo ætas illa aurea Ciceronis vt ebatur. Cùm enim aliquis vulnerabatur, accipiſſe tum vulnera, Romano dicendi more dicebant. Notandi ſunt etiam & alij modi loquendi ab hoc verbo *Accipio* profecti, vt Accipere cladem accipere iniuriam, accipere detrimentum, accipere conditionem, accipere hoſpicium, accipere plagam. Malè acceptus, benè acceptus, & huiuſmodi. Cice. in Philip. Ipſeque Caius Panſa Conſul, Imp. cùm inter media hoſtium tela verſaretur, vulnera acceperit. Idem pro Milone: Primum illud vulnus accepit, quo teterrimam mortem obiret. Idem in Catilinam, Ille tum graue vulnus accepit. Idem in Verrem: Si illum locum aperuimus ſuſpicioni aut crimini, accipiendum eſſe ſtatim vulnus. Idem Bruto: Panſa fugerat vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. Idem Seruio Sulpitio, Nunc autem accepto hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ cõſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt. Idem Quinto fratri, Cùm Sextius, multis in templo Caſtoris vulneribus acceptis, ſubſidio Beſtiæ ſeruatus eſſet. Cæſar in comment. Cùm circumuentus multis vulneribus acceptis cecidiſſet, Ibidem, Quorum alter accepto vulnere occudatus per ſuos, pro occiſo ſublatus eſt, Virg. Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros accepit patrios. Idem, Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo accipiunt. Ouidius de Faſtis, Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque vulnera tergo accipiunt. Ser. Sulp. Cicer. Nunciauit M. Marcellum collegam noſtrum poſt cœnæ tempus à publio Magio Chilone familiari eius pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Cicero pro Publio Sextio: Tribunum plebis viginti vulneribus acceptis iacentem, moribundumque vidiſti. Idem pro P. Sylla: Accepit P. Sylla iudices, vulnus vehemens & mortiferum. Idem Gne. Planco: Cùm perſeuerantiam ſententiæ ſuæ non ſalutem Reipub. retinuiſſet, tamen ob illam qua illud voluntarium vulnus accepit, iuſtiſſimos omnium Metellorum conſtantia, & clariſſimos triumphos gloriæ laude ſuperauit. Titus Liuius ab vrbe condita: Vulnere accepto ægrè à circunſtantibus ereptus.

ereptus eſt. Ibidem: Multa vulnera accepta Idem de bello Punico: ſub caudis quæ maximè mollis cutis vulnera accipiunt. Ibidem: Cùm multa Romani milites acciperēt vulnera. Idem ab vrbe condita: Plures vulnera accipiunt Ibidem Plura accipiunt, quàm inferunt vulnera. Vlpianus de ſenatuſconſult. Syllano, l. Cum alter. Ant alia vulnera iſti acceperunt.

Accipere plagam.

Varro de re ruſt. Si qua tonſura plagam accepit, eum locum alligat pice liquida Cic. Attico; Atque ille locus inductus eſt à me diuinitùs, ne vna plaga accepta P. C. conciderent. Idem Tyroni: Maximam plagam accepit, quòd is qui ſummam autoritatem in illius exercitus habebat. Titus Labienus eius ſocius ſceleris eſſe noluit. Eidem: Nihil video quod ſperandum putem iure præſertim, cùm ea plaga in Aſia ſit accepta Idem de Fato: Eam plagam potiùs accipiam, quàm fato omnia fieri comprobem. Idem in Verr. Tu, inquam, tantam plagam tacitus accipere potuiſſes.

Accipere cladem.

Titus Liuius ab vrbe cond. Poſt acceptam proximæ pugnæ cladem. Ibid. Ex inſidijs propè magna accepta clade

Accipere iniuriam

Cice. in Verrem: Nulla priuatim accepta iniuria. Idem Quinto fratri. Qui accepta iniuria, illa ſpectacula quærebat. Cæſar in comment. Ne quam noctû oppidani à militibus iniuriam acciperent. Plautus in Mercatore: Ad cœnam vocat, venio, decumbo acceptus hilarè, atque ampliter. Idem in Ciſtellaria: Ita lepidè nitideq; in prandio accepiſti apud te, vt ſemper meminerim. & ſubdit: Ita hodie hîc accepti ſumus ſuauibus modis. Varro de lingua Latina: Ita in prandio nos lepidè nitideque accepiſti Idem de re ruſt. Et me, abſente patrono hoſpitio accipiebat. Ibid. His omnibus ita acceptis, vel compoſitis, præcipua cura domini requiritur. Cic. de Oratore: Ego verò atque hilarè acceptus, inquit. Plautus in Amphit. Aduenientem hîc me hoſpitio pugna accepturus eſt. Ibid. Familiaris accipere faxo haud familiariter. Virgilius.

Accipit

Accipit hoſpitio. Cicero in ſomnio Scipionis: Poſt autem regio apparatu accepti, ſermonem in multam noctem produximus.

Malè acceptus.

Cicero in Verrem: Epicrates homines multis verbis malè acceptos dimiſit. Ibidem: Malè accipit verbis Raboniũ. Lentulus Ciceroni: Excluſus enim Antiochia Dolabella, & in oppugnando malè acceptus, nulla alia confiſus vrbe, Laodiceam, quæ eſt in Syria ad mare, ſe contulit. Hircius in commentar. Itaque aduerſarij malè accepti, dum demum præſidia contulerunt. Brutus Ciceroni: Recurri ad meas copiolas (ſic enim eas verè appellare poſſum) ſunt enim extenuatiſſimæ, & inopia omnium rerum peſſimè acceptæ.

Accipere conditionem.

Cæſar in commentar. Reſpondit non eſſe conſuetudinem populi Romani, accipere ab hoſte armato conditionem.

Accipere detrimentum.

Ibidem: Quod detrimentum culpa & temeritate legati ſit acceptum. Cicero pro lege Manilia: Nam in cæteris rebus cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur. Ibidem: Neque eos quidquam aliud adſequi claſſium nomine, niſi vt detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videremur,

Accipere dolorem.

Cicero pro domo ſua: Accepi pontifices magnum, atque incredibilem dolorem.

Accipere beneficium.

Cicero de prouincijs conſularibus: Sed non is ſolùm gratus eſſe debet, qui accepit beneficium: verumetiam is, cui poteſtas accipiendi fuit.

Adſignare, Tribuere, Attribuere, Adſcribere.

Plerique poſt Ciceronem autores verbum *Imputo*, dixerunt nouo & commentitio verbo. Antiquiores verò doctiſſimi, & clariſſimi viri, quos nunquam ſatis laudare poſſumus, nõ Imputo, ſed Adſigno, adſcribo, tribuo, attribuo, dicebant: vt infrà patebit.

Adſignare.

Cicero Aulo Cecinnæ: De quo quidquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ adſignetur. Idem pro

Tito Annio Milone:Nec poſtulaturi, vt ſi mors P.Clodij ſalus veſtra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potiùs, quàm pop Rom: felicitati adſignetis.Idem ad Quint.fratrem:Improbitati & ſceleri meo potiùs, quàm impudentiæ,miſericordiæque adſignes.Idem Attico: Si perturbatior eſt,tibi adſignato.Eidem;Quoquo modo verò ſe res habeat,nihil adſignabis nec patriæ,nec patri.Idem in opere,quod inſcribitur Brutus : Hæc ſi minùs apta videtur huic ſermoni Brute,Attico adſigna.Idem pro Caio Rabirio Poſthumo:Nec verò id huiuſmodi quiſquam,ſed tem pori adſignandum putauit.Tit.Liu.de bello Macedonico: Flens petijt,ne vnius amentiam ciuitati adſignaret.

Tribuere.

Idem in Bruto:Peto à te,vt id non modò negligentiæ meæ,ſed ne occupationi quidem tribuas.

Attribuere.

Idem de Oratore:Hoc ſi tu cupidiùs factum exiſtimas, Cæſari attribues.Item de natura Deorum: At nonnunquam bonos exitus habent, bonis eos quidem adſcribimus,attribuimus ſine vlla ratione Dijs immortalibus.Idē in Verrem:Quis iſtuc Apronio attribuebat?Idem:Omnes id Verri tunc attribuebant. Ibidem : Dicerem hoc totum mihi eſſe attribuendum Iudices,ſi illi vnquam à me hoc poſtulaſſent.Ibid. Vt alijs cauſſam calamitatis attribueret.Ibid.Dico aut omnes extra culpam fuiſſe:aut,ſi vni attribuenda culpa ſit,in eo maximam fuiſſe.

QVAM.

QVàm elegans eſt, & plenus Romani candoris hic quoque dicendi modus, quem pauci obſeruare ſtuduerunt.Nam quis eſt noſtrorum qui non dicat :Nouem annis poſtquam huc veni, Nouem annis antequam Romam eſſem ingreſſus? Qui modus loquendi etſi Latinus dici poteſt,elegans tamen,& eruditi illius ſeculi dici non poteſt,quo ſeculo ita dicebant.Poſt nouem annos, quàm huc veni.Ante nouem annos,quàm Romam eſſem ingreſſus.Et cùm dicebant,Nouem annis antè,vel nouem annis pòſt:raró ſubiungebant quàm,ſed poſtponebant,vt infrà colligetur.Cato de re ruſtica:Poſtridiè,aut poſt diem tertium,quàm lecta erit.Ibidem : Poſt annum tertium quàm ſeueris, incendito. Cicero Attico : Quatuordecim annis

pòſt,

pòſt, Prætor eſt factus Tuditanus, quàm Conſul Mummius. Idem de Oratore libro 2. Poſtero igitur die, quàm illa erant acta. Idem contra Rullum: Cùm multis annis pòſtpetijſſent, quàm Prætores fuiſſent. Cicero filius Tironi: Aliquando venerunt poſt diem quadrageſimū & ſextum, quàm à nobis diſceſſerant. Cæſar in Commēt. poſt diem quartum, quàm eſt in Britanniam ventum.

Catullus:

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem
Quàm cœpta eſt nonamque êdita poſt hyemem.

Hircius in com. Poſt diem tertium, quàm Africam attigit. Aſconius Pædianus: Poſt nouem deinde annos, quàm ſublata erant. Idem Poſt diem tertium, quàm Cato eſt abſolutus. Idem: Poſt diem autem quartum, quàm poſtulatus erat Scaurus. Idem: Poſt diem triceſimum ferè, quàm erat Clodius occiſus. Idem: Ante ſexdecim annos, quàm hæc dicta ſunt. Idem: Poſt pauculos ſtatim dies, quàm inierat Tribunatum. Idem: Poſt ſeptimum annum quàm Carthaginenſibus bello ſecundo data eſt pax. Idem: Hæc oratió dicta eſt L. Cæſare & Figulo Conſulibus, poſt annum, quàm pro Cornelio dixerat. Idem: Ante annum, quàm hæc dicerentur, acta eſt. Paulus de nautico fœnore, l. Fœnerator: Si nauis poſtea perierit, quàm dies præfinitus periculo exactus fuerit. Vlpianus de manumiſſio. l. Qui duos: Poſt annum quàm moriar, liber eſto, & ſubdit: Poſt annum quàm hoc teſtamentum factum fuerit. Papinianus de peculio caſtrenſi, l. Pater: Quòd ſi filius poſt annū, quàm militare deſierit, iure communi teſtamento facto vita deceſſerit. Martianus de muneribus, l. Reus: Poſt annum, quàm reus delatus eſt. Scæuola de legatis in vxorē: Poſt annos complures, quàm facit teſtamentum Tit. Liuius verò, labente iam in deterius Latino illo candore, abſolutè abſque aliqua particula Poſt vtitur, vt ab vrbe con di. Septimo die, quàm profectus erat in caſtra, redii Ibidem: Lilybæū tertio die, quàm profectus erat inde, redijt. Ibid. Tertiodecimo die, quàm profectus erat inde. Lilibæum reuertus. Idē de bello Punico. Octauo menſe quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum. Idem ab vrbe cond. Die X X quàm creatus erat, dictatura ſe abdicauit. Ibid. Quadringenteſimo anno, quàm vrbs Romana condita erat, quinto triceſimo quàm à Gallis recepta. Idem de bel

de bello Macedonico: Altera die quàm à Brundusio ſolvit. Ibidem: Die tertio, quàm petierant. Ibidem: Anno triceſimo altero, quàm condita Roma erat.

AMABO.

AMabo, quæ interiectio amantis eſt, poëtæ illius ſingularis ſeculi quandoque cum pronomine, Interdum abſolutè, quandoque non ad vnum, ſed etiam ad plures: Oratores verò, & qui ſolutam ſcripſerunt orationē, longè aliter vſi ſunt: vt, ama me, âmabo te, frequenter dicerent. Plautus in Menech. Amabo mi Menechme. Idem in Perſa. Dic âmabo. Idem in Ruden. Quò âmabo ibimus? Ibidem: Ite, inquam, domum âmabo. Ibidem in Truculen: Properate, adferte menſam âmabo. Idem in Mercat. Amabo è caſtor mi ſenex eloquere. Idem in Menech. Pallàm âmabo, quam tibi dudum dedi, mihi eam redde. Idem in Sticho. Quí âmabo pater? Catullus: Amabo mea dulcis Iſiphilla. Cicero Caſſio: Et âmabo te, cum dabis poſthac aliquid domui literarū, mei memineris. IdēAttico: Noſtra autē negocia, quoniā Romæ cōmoraris âmabo te, explica. Eid âmabo te, incumbe in eā rē, & ad me ſcribe. Eidē: Ama me, nō libenter vidi, ſed modò ſuccenſet, modò gratias agit. Eidem: Expecta âmabo te. Idē Quinto fratri: Amabo te mi frater, niſi vno meo fato, & tu, & omnes mei corruiſtis. Idem Attico: Sed âmabo te, nihil incommodo valetudinis feceris Eidem: Macte, ſed âmabo te perfice mihi totum negocium. Idem Curioni: Sed âmabo te, cura & cogita nihil noui, ſed illud idem quod initio ſcripſi. Idem Quinto fratri: Amabo te, aduola, conſolabor te. Idem Attico: Cura, âmabo te, Ciceronem noſtrum. Cælius Ciceroni: Amabo te, ſi quid quod opus fuerit Appio facies, ponito me in gratiam. Ibidem: Amabo te, impera tibi, hoc curare ſoles libenter.

ABDO.

NEmo eſt ferè, qui ignoret Abdere quid ſignificet: modum tamen loquendi, quo eo verbo doctiſſimi illi Romana lingua vſi ſunt, quotus quiſque eſt, qui norit? Aliqua verò, quæ ſparſa multis in locis apud eos fluunt, ſub

ſub oculos ſubijcere ſtudui, vt ſint legentibus præſtò ad imitandum Terentius in Hecyra: Rus abdidit ſeſe. Cicero Curioni: Albo me in bibliothecam, itaque opera efficio tanta, quanta fortaſſe tu ſenties Idem Planco: Abdidit ſe in intimam Macedoniam, quò potuit longiſſimè à caſtris. Idem in Piſonem: Domum ſe abdidit, inde nocte intempeſta crepidatus, veſte ſeruili nauem conſcendit. Idē pro Milone. Cùm ſe ille fugiens, in ſcalarum tenebras abdidiſſet. Idem Attico: In Aegyptum nos abdemus. Ibidem: Vtar tuo conſilio, neque me Arpinum hoc tempore abdam. Dolabella Ciceroni: Si ſe ille abdiderit in claſſem. Cæſar in comment. Aut ſe in Menapios abderet. Ibidem: Reliqui ſeſe fugæ mandârunt, atque in proximas ſyluas abdiderunt. Idem: Finibus ſuis exceſſerant, ſuaque omnia exportauerant, ſeque in ſolitudinem ac ſyluas abdiderāt. Virgilius tamen, cùm iam ætas illa aurea, quam ſuſpicere non deſino, propè obſoleſceret, ablatiuo vſus eſt, cùm in Georgicis dixit: Abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. Et æqualis eius Titus Liu. ab vrbe condita: Se in ſuis, inquit, quiſque tectis abdiderunt. Ibid. Conſules in priuato abditi.

ASPIRARE.

QVàm parum notum eſt, & in vſu poſitum occultiore ſignificato verbum *Aſpiro*? quàm eleganter, quàm appoſitè diuini illi Latinitatis parentes eo vſi ſunt? quorum aliqua loca his ſubieci, ex quibus liquidò nihil aliud Aſpirare intelligimus, quàm accedere, peruenire, aſſequi, attingere Varro in libro rerum ruſtic. Ad quæ granaria nulla aura humida é propinquis locis aſpiret. Cicero Trebatio: Sub inuideo, inquit, tibi, vltró te eſſe accerſitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt. Idem in orat. Ad eam laudem quam volumus, aſpirare non poſſunt. In eodem. Ex bellica laude aſpirare ad Africanū nemo poteſt. Idem Attico Vectium in roſtra produxit, eumque in loco conſtituit, quo Bibulo Conſuli aſpirare non liceret. Idem in Verrem: Quò claſſes ſæpè conatæ nunquam aſpirare potuerunt. Idem in Tuſcul. Hæc etiam in equuleum conijciuntur, quò vita non aſpiret beata. Ibidem: Metrodorus,

occupaui, inquit, te fortuna, atque cepi: omnesque aditus tuos intercluſi, vt ad me aſpirare non poſſes,

AFFECTVS.

Affectus plerũque longè aliud ſignificat, quàm quod paſſim inuenitur, Affectus iniuria, affectus contumelia, affectus moleſtia. Sed interiore ac reconditiore ſignificato, id eſt, quod viciatum, infirmum, ægrotum. Cicero de Oratore: Affectus, inquit, ſenectute. Idem Attico: Quem quidem Neapoli affectum grauiter videram. Idem in Verrem: Nemo Agrigenti neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit.

Propertius:

Iuppiter affectæ tandem miſerere puellæ.

Cornelius Celſ. Vbi lien affectus eſt, intumeſcit. Ibid. At renes vbi affecti ſunt, diu malè habent. Cæſer in comment. Qui ſunt affecti grauioribus morbis. Ibid. Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur. ibidem: In corpore affecto. Titus Liuius ab vrbe cond. Color imperatoris, quem affectum viſuros crediderant. Ibidem: Corpora affecta tabo. Ibidem: vires corporis affectæ Ibidem: Affecti plerique principum: Ibidem: Exercitum affectum prælio ac via nocturna excepêre. Ibid. Affectæ Veienti bello Reipub. remedio fuit. Papinianus ad ad legem. Falcidiam, l. In ratione: Qui moriente domino, ea valetudine affecti fuerant, vt eos non poſſe viuere certum eſſet.

Sed & eius verbi eſt alius quidam ſecretior ſenſus, quo, Deo iudicio, inchoare ſignificet: vt Cicero de prouincijs cõſularibus. Bellum affectum videmus, & (verè vt dicam) penè, confectum: ſed ita, vt ſi idem extrema proſequitur, qui inchoauit iam omnia perfecta videamus. Et in eodem Nam ipſe Cæſar quidem cur in prouincia commorari velit, niſi vt ea, quæ per eum affecta ſunt, perfecta Reipublicæ tradat?

ADVERSARIA.

Operæ precium eſt, non ignorare Aduerſaria, quæ ſint, quo nomine antiqui illi multò aliter, ac vulgato ſenſu vtebantur. Erant enim aduerſaria, & quantum colligere potui libelli ratiocinatorum, in quibus primùm

rationes

rationes accepti & expenſi, negligenter & ſine ordine ſcribebantur, mox in codicem diligentiſſimè præſcriptæ referebantur. In qua re aduertendus eſt hic quoque elegans dicendi modus. Nam referre in codicem & in tabulas dicebant, vel nomina, vel pecunias, aut res alias, cùm per ordinem, vt dixi, deſcribebant. Secùs iam in aduerſarijs aliqua notabant ſine ordine, & in confuſo, & negligenter id faciebant. Cicero in fragmento orationis pro Roſcio Comœdo: Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſarijs patêre contendit. Vſque eò ne te diligis, & magnificè circunſpicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis, ſed aduerſarijs petas? Suum codicem teſtis loco recitare, arrogantiæ eſt ſuarum præſcriptionum, & literarum aduerſaria proferre, non amentiæ eſt. Quòd ſi eandem vim diligentiam autoritatemque habent aduerſaria, quā tabulæ, quid attinet codicem inſtituere, conſcribere, ordinem conſeruare, memoriæ tradere literarum vetuſtatem? Sed ſi quòd aduerſarijs nihil credimus, idcirco codicem ſcribere inſtituimus, quod etiam apud omnes leue & infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe ducetur? Quid eſt ergo quòd diligenter cõficimus tabulas? Qua de cauſa? Qua hæc ſunt meſtrua illæ ſunt æternę, hæc delentur ſtatim, illæ ſeruantur ſanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuę exiſtimationis fidem & religionem amplectũtur hæc deiecta, illæ ſunt in ordinem confectæ. Atque ita aduerſaria in iudicium protulit nemo codiē protulit, tabulas recitauit. Tu C. Piſo tali fide, virtute, grauitate autoritate ornatus, ex aduerſarijs pecuniam petere non audeares? Et ſubdit: Quare quàm pridem hoc nomen Fannij in aduerſaria retuliſti? & ſubdit: Cur tam diu iacet hoc nomē in aduerſarijs? & ſubdit: Tu hoc nomē triennium ampliùs in aduerſarijs iacere pateris?

AMO.

AMo te multùm. Valde te amo. Modus hic loquendi magnam adfert Latinitati gratiam: eſt enim candori illi Romano proprius, nec fuco aliquo inquinatus. Cicero ad Aticum de municipijs: Quod mihi polliceris, valde te amo. Ad eundem: Te multùm amamus quòd ea abs te

diligẽter, paruoq́ue curata ſunt. Ibidem: Multùm te amo, quòd reſpondiſti Marco Octauio. Terentius: Ecquid nos amas de fidicina hac? Cicero Attico: De Randuſculo Numeriano multùm te amo.

ACQVIESCERE.

ET illud notaui, quòd ab ijs, quos dixi, perfectiſſimis autoribus vſurpatum eſt. Non enim (vt vulgus putat) aquiſcere conſentire eſt, ſed ſignificat cũ quadã animi voluptate, quietéque conſiſtere in re aliqua, in qua prius in dubio aut ſolicitudine animus fuiſſet, ſicut Cicero & alij, quos ſubieci, clarè oſtendunt. Cicero in epiola ad Sulpit. His verò tẽporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus, & ſubdit: Seruus quidẽ tuus in omnibus ingenuis artibus, in primiſq; hac, in qua me ego ſcripſi acquiſcere, ita verſatur vt excellat. Ad eundẽ: Vt eius in bonis acquieſcã. Et iterũ: Literis tuis lectis, aliquantulum acquieui. Idem Attico. Aquieſco enim ſcribens ad te, & legens tua. Eidẽ: Interim velim mihi ignoſcas, quòd ad te ſcribo tam multa toties: acquieſco enim, & tuas volo elicere literas. Eidem, Sed intererat enim, vbi acquieſcerẽ. Idem de amicitia: Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium charitate acquieſcimus. Idem de diuinatione: Qui iam ætate prouecti, in noſtris libris acquieſcunt. Idem M. Varroni: Artes noſtræ neſcio quomodo nũc vberiores fructus ferre videtur, quàm olim ferebãt: ſiue quia nulla nũc in re alia acquieſcimus, ſiue quia grauitas morbi facit, vt medicina egeamus. Idem pro rege Deiotaro: In tuo ore vultuq́ue acquieſco.

ADESSE.

ADeſſe nihil aliud profectò eſt, quàm præſentem iſſe. Architecti tamen illi latinitatis nobiles, quandoque corã vel præſentẽ quandoq; vtrunq; ei verbo addebant, quò firmius opus exurgeret Plaut. in Moſtell. Adſum præſens præſenti tibi. Terentius: Ac non quia ades præſens dico. Cicero pro domo ſua: Adeſt, præſens vir ſingulari virtute. Idẽ in Anto. Coràm aderit pręſens tibi ipſe, & ille quẽ inſimulas pugio reſpõdebit. Idẽ de Offic. Ad id quod adeſt, quodq; præſens eſt, paulatim ſe accommodat. Idẽ in Verrem, Adſunt homines ex tota prouincia nobiliſſimi, qui

qui præſentes vos erant atque obſecrant Iudices. Idem Caſſio: Fit enim neſcio quomodo, vt quaſi coram adeſſe videare cùm ſcribo Virgil. Coràm quem quæritis, adſum Troius Aeneas.

APPOSITVM. APPOSITE.

NOmine *Appoſito*, & aduerbio *Appoſitè*, vſi ſunt autorum probatiſſimi quique, præſertim pater & eloquentiæ decus Cicero: quod perinde eſt, ac ſi dicamus, aptum accommodatũ, aptè, accommodatè. Var. de re ruſt. Galli appoſiti, ſed maximè ad iumenta. Ibidẽ: Maximè ad id pecus appoſitum. Ibid. Eſt enim quod cum inquinat locum appoſitum ad agriculturam. Cicero Att. Sed iam extrudimur, non à Planco ne is quidem retinet, verùm ab ipſo loco minimè appoſito ad tolerandum in tanto luctu calamitatem. Idem in Ver. Menſes mihi tres cùm eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos. Ibidem: Qui ita natus eſt ita educatus, ita factus, & animo & corpore, vt multò appoſitior ad deferenda, quàm ad auferẽda ſigna eſſe videatur. Ibidem. Homo benè appoſitus ad iſtius auaritiam. Idem de arte Rhetor. Dicere appoſitè ad perſuaſionem.

ADHAERESCERE.

ADhæreſcere, tritum vbique & verbũ, & ſignificatum ſed non omnibus eius (vt dicunt) regimen notum: Accuſatiuo enim præcedente præpoſitione, quàm datiuo, frequentius iungitur. Quæ res eò mirabilior eſt, quò verbum id cum præpoſitione Ad, quæ accuſatiuum requirit, componitur. Quod item fit perſæpè in verbis Adgredior, adiungo, adeo, adplico, adſpicio, adrepo, & ſimilibus. Plautus in Penulo: Ne ad fundas viſcus adhæreſceret. Cice. pro Publio Sextio: Ad columnam adhæreſcere. Idem de finibus bonorum & malorum: Vt homines ad eorum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. Idẽ in Academicis quæſtionibus: Quaſi tempeſtate debellati, ad eam tanquàm ad ſaxum adhæreſcunt. Idem ad Pontifi. Ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta pax adhæreſceret. Idem de natura Deorum: Quot genera, quàmque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad ſaxa natiuis reſtis adhærentium? Idem de Oratore: Et ad genus id, quod quiſque veſtrùm in di-

cendo probaret, adhereſcerent. Cæſar in comment. Hæc caſu ad turrim adhæſit.

Adgredi.

Cicero de natura Deorum. Tum Cotta, quia ſic adgredior, inquit, ad hanc diſputationem, quaſi nihil vnquã audierim de Dijs immortalibus. idem pro P. Sextio: Tamen adgrediar ad dicendum ibidẽ: Non adgrediar ad illa maxima atque ampliſſima idem de Oratore: Cũ ad cauſam ſum adgreſſus. idem pro Cornelio Balbo: Priuſquàm adgrediar ad ius, cauſamque Cornelij. Idem pro Lucio Flac. Adgrediar iam ad ſingulas ciuitates. Idẽ de legibus: Priùs quàm adgrediamur ad leges ſingulas.

Adiungere & accedere.

Terentius in And. vt animum ad aliquod ſtudium adiungant. Idem in Eunucho: Accede ad ignem hunc, & calefces plus ſatis. Cicero in Philip. ſexta: Cæſar ſe ad neminem adiũxit. Idem de arte Rhetorica: Ad eam cauſam, qua commotum peccaſſe dicet, poterit adiungere Ibidem: Poſtea ad id, quod definietis factum eius, qui accuſabitur, adiungere oportebit. Idem in Topic. Omnibus eſt ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel ſolidum, vel fornicatũ. Idem in philip. Quinta Et Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium, victoremque exercitum acceſſit: Cæſar ſe ad neminem adiunxit. Idem pro C. Rabirio: Adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marij nomen.

Adire.

Plautus in Aſinaria: Ad me adi viciſſim. Idem in Trinum. Tute ad eum adeas, idem in Menech. Adibo ad hominum. Terentius in And. Quid tibi videtur? adeóne ad eum Cicero pro lege Manil. Qui omnium mentes eorum qui ad Rempub. adeunt, maximè peſpiciunt. Idem pro Lucio Flacco: Ad quem adit? Ibidem in Verrem. Seſe à ſuis ciuibus hæc habere mandata, vt ad Verrem adirent. Ibidem: Cæteri hæredes adeunt ad Verrem. Ibid. Vt ſi vobis videretur, adiremus ad eorum Senatũ Ibid. Cùm ad Prætorẽ in ius adiſſemus Ibid. Patri exacta ætate, & adolſcenti filio adeundi ad illum miſerum, poteſtatem nunquam eſſe factam. Ibid. Aditum eſt ad libros Sibyllinos. Ibid. Homines tenues obſcuro loco nati, adeunt ad ea loca, quæ nunquam anteà viderunt. Idem pro Roſcio Comœdo

Ad arbitrium hoc animo adimus, vtneque nihil, neque tantum quantum poſtulauimus, conſequamur. Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Poſtremo illo hortatore ad Syllam legati non adierunt. Cæſari in comment. Vniuerſi ad Cæſarem adierunt, Titus Liuius de bello Punico. Qui ad lacum Auerni adiſſent. Idem de bello Macedonico: Scriba ad Tribunos plebis adit.

Adplicare.

Terentius in Andria: Hi ſe ad vos applicant.

Adſpicere.

Varro libro ſecundo rerum ruſt. Simul adſpicit ad me. Ibid. Fundanius adſpicit ad ſcropham.

Accedere.

Varro de re ruſt. Docent. ſylueſtria ad quæ ſator nō acceſſit Terentius in Phorm. Voluntas veſtra ſi ad Poetam acceſſerit. Ibidem: Si ad matris mammā non accedet. Cicero pro C. Rabir. Deinde vos Quirites, quorum poteſtas proximè ad Deorum immortalium accedit, oro, atque obſecro. Ibid. Ad quem cùm acceſſiſſemus, Actius Appio ſubridens: Recipis nos, inquit, in tuum Ornithona, vbi ſedes inter aues?

Adrepere.

Varro de re ruſt. Ne mus aut lacerta adrepere ad colūbaria poſſit.

ACCIPERE.

ACcipere eodem exemplo literas. Hic quoque modus Latinè loq uēdi elegantiſſimus eſt, ſignificatq; quod corrupto deprauatoque dicendi genere, ferè apud omnes nes dicitur, eiuſdē tenoris, vel duplicatas literas accipere: quæ barbaries ita inoleuit, vt proprium, verumque, quem dixi, loquendi modū nemo iam aut pauci agnoſcant. Cicero Cornificio: Hæc ferè ad eas literas, quas eodem exemplo ſæpiùs tibi huius generis literas mittam. Eidē: Accipio excuſationem tuā, qua vſus es, cur ſæpiùs ad me literas vno exemplo dediſſes. Idem Trebatio: Quis ſolet eodem exemplo plures dare, quanquam ſua manù ſcribit? Idem Plan. Binas à tè accepi literas eodem exemplo. Brutus Ciceroni: Eodem exemplo literæ à te mihi redditæ ſunt.

ARTERIA.

LIcèt aliqui Latiniùs arteriam, quàm venam diſputent, autoritates tamen, quas infrà poſui, opinioni eorum contrà ſtare videntur. Cicero de fato: Sicut venæ ſic mouentur, is habet febrem, & is febrem non habet.

Ouidius de ponto:

Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi,
Vt ſolet infuſo vena redire mero. Ibidem:
Sæpè aliquem ſolers medicorum cura reliquit,
Nec ſpes huic, vena deficiente, cadit.

Idem in Metamorph.

Saliunt tentatæ pollice venæ. Perſius:
Tange miſer venam, & pone in pectore dextram,
Nil calet hic.

Sabinus in epiſtola Paridis pro Helena:

Dumque ſuo tentat ſalientem pollice venam.

Vitruuius: Vti medicis & muſicis, & de venarum rithmo, & de pedum motu. Cornelius Celſus: Si circa frontem intentæ venæ mouentur. Ibidem: Periculoſiſſimum tum eſt, ſi venæ quoque ibi vehementer agitantur. Ibid. Vbi venarum exigui, imbecilliq́ue pulſus ſunt. Ibid. Tum requirunt etiam quare venæ noſtræ modò ſubmittant ſe, modò attollunt. ibidem: Sed primo quidem die nullus humor dari debet, niſi ſubitò ſic venæ conciderunt, vt cibus quoque dari debeat. ibid. Venis enim maximè credimus fallaciſſimæ rei ibid. Venas autem conſpectus medici mouet. ibid. Si venæ non æquis interuallis mouentur. ibid. Vrina fallax, vena fallacior.

A T.

NOn caret magna elegentia hæc quoque particula At, qua vario modo vſos bonos illos autores reperimus De qua & ſi aliqui non pauca dixerunt, eam nos vel declarare apertiùs, vel plura addere vtile duximus. Virgilius in principio libri, & capite verſuum illam locauit:

At regina graui iamdudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis

Quandoque eſt exerrationi præuia vt idem:

At tibi pro ſcelere (exclamat) pro talibus auſis
Dij (ſi qua eſt cœlo pietas quæ talia curet)
Perſoluant grates dignas & præmia reddant

Debita.

Debita. Terentius in Andr. At tibi Dij dignum factis exitium dent.

Quandoque optantis vt Plautus in Perſa:

At tibi Dij omnes bene faciant.

Aliquando geminata, admirationem oſtentat, vt Plaut. in Merc. At at meus hic quidem pater eſt. Terent. in And. At at hoc illud eſt, hinc illæ lachrymæ.

Horatius aliquando imprecando exclamát, & interragat:

At ô Deorum quiſquis in cœlo regis terras,

Et humanum genus, quid iſte fert tumultus?

Interdum cum admiratione laudat vel vituperat interrogans, vt Terentius in Eunucho: Fucum factum mulieri: at quem deum? Cicero pro domo ſua: At quæ dea eſt. idem Pæto: Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem: at quem virum? non eum quem tu ſolitus es Promulſide conficere. idem pro Aulo Cluentio. Vna mater oppugnat: at, quæ mater? quam cæcam crudelitate, & ſcelere ferri videtis. idem pro Ti. Annio Milone: itaq; anteuertit, at quo die? idem pro P. Sylla: At, quos viros? idem pro Lu. Flacco: At quos teſtes? idem in Bruto: Gn. Pompeius ſexti filius: at quem numerum obtinebat? idem Attico: At quibus verbis & prorſus geſtis ampliſſimis? Quandoque orat. Cicero pro domo ſua: At videte hominis intolerabilem audaciam. idem in Ver. At videte hominis impudentiam atque arrogantiam, iudices.

Interdum ſimpliciter interrogat. Cicero in Verrem: At per Deos immortales, quid eſt quod de hoc dici poſſit? Nonnunquam ad firmat, vt Terentius in Eunucho. At diligenter, At maturè.

Quandoque per ironiam quandam inducitur. Cicero in Verrem: At mores commodi: quis contumacior? quis inhumanior? quìs ſuperbior? Ad hæc ſine cuiuſquam malo, quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior vnquam fuit?

Quandoque Saltem ſignificat, Cato de re ruſt. Si non eodem die, at poſtridie. Cicero Curioni: Noſtram ſuffragationem ſi minùs potentem, at probatam tamen, & iuſtam. idem pro L. Flacco: Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet.

Quandoque idem quod, *Sed*, ſignificat. Ciccero pro

Tito Annio Milone: Quid porrò quærendum eſt? factúm ne ſit? At conſtat. A quo? At patet.

ABESSE BIDVI.

ABeſſe bidui, non biduo, aut per bibuum dicitur, idque ſine alio verbo coniuncto, licèt ſubintelligatur itinere, aut via: ſed talis erat loquendi modus. Cicero Attico: Nos in ea caſtra properabamus, quæ aberant bidui. Eidem: Hæc dictaui ſedens in rheda, cùm in caſtra proficiſcere, à quibus aberam bidui.

Eſt hic quoque modus loquendi apud veteres, vt cum quid erant dicturi, quod arrogans videri poſſet, quaſi excuſando dicerent: Abſit verbo inuidia, id eſt, odium: nam quandoque eo nomine inuidia nuncupatur. T. Liuius ab vrbe condita, Abſit verbo inuidia, & ciuilia bella ſileant. Ibidem: Abſit inuidia verbo. Idem de bello Macedonico: Abſit verbo inuidia.

ABESSE.

NOtæ ſignificationis eſt Abeſſe: modus autem dicendi qui ex eo verbo procedit, non eſt prætereundus. Dicitur enim. Quid abeſt huic homini? Plerique autem mutato dicendi genere, dicunt. Quid deficit huic homini? vel: Quid deeſt huic homini? Cicero pro Cornelio Balbo: Quid abeſt huic homini? quod ſi adeſſet, iure hoc & tribui, & concedi putaremus. Idem de Oratore: Quid huic abeſſe poterit de maxima rerum ſcientia?

ASSIGNARE.

ASſignare, præcipuè agris conuenit: cùm ij vel militibus, vel emptoribus, aut alijs iuſſu magiſtratuum aut dominorum aſſignantur. Cicero in Philip. ſecunda. Duo milia iugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori aſſignaſti, & quidem iniuria. Idem Attico; Mihique ex agro tuo tantum aſſignes, quantum in eo corpore aſſignari poteſt. Horatius:

Agros aſſignant, oppida condunt.

T. Liu. de bello Macedonico: Agrum eius aſſignaret.

Ad verbum, Ad vnum.

Ad verbum, ad vnum, id eſt quod ineptè dicunt, De verbo ad verbum, & Vſque ad vnum. Cicero de Finibus: Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas non inuiti legunt. Idem de amicitia: De amicitia verò omnes

ad

ad vnum ſentiunt Virgilius:

Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus ad vnum
Troianos, ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos, da flammam euadere claſſi,
Nunc pater.

Arbitratu meo.

Arbitratu meo frequentiùs dicebant, quàm Arbitrio meo. Nonnulli verò contrà, vt alia bona corrupêre, vt frequentiùs arbitrio, quàm arbitratu dicant. Cicero de ſenect. Eius diſputationis ſententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui arbitratu meo. Idem de legibus: Concedunt, vt eum arbitratu meo diligam. Idem Attico: Arbitratu meo viuendi.

Adijcere oculum.

Adijcere oculum puellæ, eſt certo modo loquendi id; quod peruersè dicitur, oculum in puellam dirigere. Cicero in Verrem: Partim planè videbant adiectum eſſe oculum hæreditati.

ANimi cauſa, officij cauſa, verbi cauſa, verbi gratia, valetudinis cauſa, honoris cauſa, & honoris gratia, exempli cauſa, modi ſunt loquendi, Romana elegantia referti. Varro de ruſt. Honoris cauſa menſæ ſuæ die feſto dignetur adhibere. Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: Alterum in vrbe ſecum honoris cauſa habere Plautus in Amphitrione: Nunc hûc honoris veſtri venio gratia Tit. Liuius de bello Macedonico: Honoris cauſa legatos mittere.

Animi cauſa.

Plautus in Aſinaria: Sine me amare hunc vnum Argyrippum animi cauſa, quem volo. Idem in Curc. Dico me illò aduenisse animi cauſa. Idem in Mercat. Miſer, mihi amicum paraui animi cauſa. Varro de re ruſtica: Dic aliud genus Onithonis, qui animi cauſa conſtitutus à te ſub Caſino fertur.

Officij cauſa.

Cit Liu. ab vrbe cond. Quæ officij cauſa ab domo proſecutæ fuerant. Ibidem: Scipionem officij cauſa conuenerant.

Verbi cauſa, verbi gratia.

Cicero de arte Rhetorica: Verbi cauſa, maieſtatem mi nuere, dicere aduerſarium maieſtatem minuiſſe. Idem de

fato:

fato: Si quis, verbi cauſa, oriente canicula natus eſt, in mari non morietur. idem in Academicis: Verbi cauſa, tria pauca ſunt, an ne? & ſubdit: Sin autem vſque ad nouem, verbi gratia. idem de finibus. Verbi gratia, propter voluptatem.

Exempli gratia.

Cicero de Offi. Exempli cauſa ponatur aliquid quod pateat latiùs.

AVTEM.

PArticulam *Autem*, interiore ſignificato, quæſo doctiſſimi quique attendite: permulcebit enim aures, & illas iucundiſſimo veluti cantu pruriet. Cicero Attico: Quod ad te ſcriptum eſt à Cincio de Statij ſermone, in quo hoc moleſtiſſimum eſt, Statium dicere à me quoque id conſilium probari: probari autem? de illo hactenus diximus. Eidem: Quid tandem iſti mali in tam tenera inſula non feciſſent? feciſſent autem? imò quid ante aduentum meum non fecerunt? Eidem: Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autem? imò verò etiam adiuuandus: Eidem: Etſi intelligis quàm meum ſit ſcire & curare, quid in Repub. fiat: fiat aũt? imò verò etiam, quid futurũ ſit.

QVàm elegantes dicendi modi. Ad extremum à principio, ab initio, à primo: quandoque abſolute ſine præpoſitione, principiò, initiò, ab illis veteribus introducti ſunt, quorum loco incuria poſtea multam barbariem ſuppleuit.

A principio.

Cicero Attico: Sed ego à principio cùm diuinare de belli diuturnitate poſſem. Eidem: Sed hæc à principio tibi præcipiens quantum profecerim, non ignoro. Eidem: Noſmetipſi qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidiè demitigamur. Eid. ac vellem à principio te audiſſe.

Ab initio.

Eidem: Quod tibi eſſe & antiquiſſimum, et ab initio fuiſſe, vt primùm Aſiam attigiſti, conſtante fama, atque omnium ſermone celebratum eſt.

A primo.

Eidem: Nec verò ille vrbem reliquit, qui eam tueri nõ poſſet: nec Italiam, quod ea pelleretur: ſed hoc à primo cogitauit, omneis terras, omnia maria mouere. ibidem.

Tuas

Tuas nunc epiſtolas à primo lego, hæ me paulùm recreãt Eidem: Vtinã à primo tibi eſſet viſum. Idem de Finibus: Nunc verò à primo quidẽ mirabiliter occulta natura eſt.

Principio.

Idem de offic. Principiò generi animantium omni eſt à natura tributum.

Virgilius.

Principiò cœlum, & terras, camposq́ue liquentes.

Initio.

Cicero attico: Cùm id mihi propoſitum initio non fuiſſet. Idem: Me adhuc hæc duo fefellerunt, initio ſpes compoſitionis.

Primò.

Terentius in Hecyra: Nec illi credebam primò.

Ad extremum.

Cicero attico: Illud te ad extremũ & oro, & hortor. Eidem: Aiebat illum primò ſanè diu multa, ad extremũ autem manus dediſſe. Eidem: Add dit ad extremum, cùm iam dimiſſa concione reuocatus à Vatinio fuiſſet, ſe audiſſe à Curione, his de rebus conſcium eſſe Piſonem generũ meũ. Eidem: Cui Conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Hòrat. peccet ad extremum ridendus & alia ducat.

ALIENVS.

ALienus eſt idem quod extraneus: ſed incuria factum eſt, vt extraneo ſolo multi vtantur, alienum verò penè ab omnibus prætteritur. Terentius in Hecyra: Cùm eã proſequitur alienus puer. Idẽ in Heauto. Ne iſtuc inducas in animũ tuum, alienum eſſe te. Cicero attico: Neque vtar meo chirographo, neque ſigno, ſi modò erunt eiuſmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. In eodẽ ſignificato eſt, quod Plautus in Amphitrione dicit: Certè ædepol me alienabis nunquam, quim noſter ſiem.

ACVTVM.

NOn eſt tantummodò acutum, quod vulgò putant cuſpide faſtigiatum, vt punctim cædat: ſed acutum etiam id eſt, quod in aciem cæſim attenuatur. Acuere enim ferrum, eſt ita concinnare, vt acie benè incidat, non ſolùm cæſim, ſed etiam punctim. Retuſum eſt, quod vel cuſpide, vel acie vſu nimio, vel alio caſu per ſtricta hebetatur. Plautus in Epid. Acutum cultrum habeo. Cicero de

diui-

diuinat. Aliæ agrorum partes, quæ acuta ingenia gignãt: aliæ, quæ retuſa. Idem in Tuſculan. At vocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ſerræ cùm acuitur. Virg.

Ferrum accuunt portis. Idem in Georg.

Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

AGERE INIVRIARVM.

Agere iniuriarum, & hic elegans modus propè deſertus, reuocandus eſt. Id enim dicebatur, cùm quis pro acceptis iniurijs aliquem poſtulabat, & coram iudice iniuriarum cauſam agebat. Cicero in arte Rhetorica: Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum.

Agere ad præſcriptum.

Agere ad præſcriptum, modus eſt loquendi perelegans, quo id ſignificatur, quod agere ſecundum imperium, aut datam legem. Cæſar in Comment. Alter omnia agere ad præſcriptum: alter liberè ad ſummam rerũ conſulere debet.

ANIMADVERTI.

Animaduertere actiuum multis obſeruatum: paſſiuum verò, quoniam omiſſum eſt, notandum duxi. Cæſar in Comment. Animaduerſum eſt vicium munitionis. Ibidem: Terrore hominum animaduerſo. Ibid. Hæc re animaduerſa Ibidem: Cæſar iubet ſigna cõuerti. Qua re animaduerſa, Ambiotrix pronſciari iubet, vt procul tela conijciant.

Attrectare.

Attrectare de ſacris præcipuè dicitur.

Virgilius:

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates:
Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas.

Titus Liuius ab vrbe cond. Quod ſignum more vetuſto, niſi certæ gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus.

Animo præſenti.

Animo præſenti, modus eſt loquendi, cùm nõ ignauè, ſed accuratè & ſedulò quid agitur. Terẽtius in Eunucho: Animo hæc præſenti vt dicas. Aſconius Pædianus: Animaduertitur ſenſibus præſenti animo vtentibus.

ADSC

ADSCRIBERE.

ADſcribere non eſt (vt aliqui putant) iuxta ſcribere, ſed aliquid addere, vel ſubiungere ad id quod ſcriptum ſit. Cicero Attico: Sed cùm id ad me Tullia ſcribat orans, vt quid in Hiſpania geratur expectem, & ſemper adſcribat id videri tibi. Idem, Ruffo: Illud me non animaduertiſſe moleſtè ferrem, vt adſcriberem te in phano pecuniam iuſſu meo depoſuiſſe. Et paulò poſt: Non adſcripſi id quod tua nihil referebat: ego tamen adſcripſiſſe mallē id, quod te video deſiderare. Idem Attico: Terentia tua magnos articulorum dolores habet, & te ſororemque tuam, & matrem maximè diligit, ſalutemque tibi plurimam adſcribit.

BENE VERTAT, MALE VERTAT.

MOdus eſt loquendi optantis, vel imprecantis, id eſt, orare vt res benè vel malè cadat. Plautus in Aul. Quę res rectè vertat, mihique, tibique, tuæque filiæ. Item in Capti. Quæ res benè vertat mihi, meoque filio. Ibidem: Iſtud Dij benè vertant. Virgil.

Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hœdos.

BARBARVM.

CVm Græci Barbaros (Feſto autore) omneis præter ſeipſos dicant: loca, quæ infrà notaui, aliter accipienda ſunt, atque ab pleriſque interpretibus accipiuntur. Barbarum enim id ſignificat, quod alterum, peregrinum, externum. Plautus in Aſinar. Nomen huic Græcè Onagos eſt fabulæ: Demophilus ſcripſit, Marcus vertit barbarè. Idem in Trinummo: Nam nomen Græcæ huic eſt theſauro fabulæ: Philenio ſcripſit, Plautus vertit barbarè. Horatius in Odis:

Sonante mixtum tibijs carmen lyra,
Hac Dorium, illac Barbarum.

Idem.

Græcia barbarie lento colliſa duello.

CADERE BENE, MALE, oportunè, commodè.

BEnè & malè cadere oportunè, & commodè cadere, & cadere abſolutè, modus eſt loquendi, cuius loco à multis dicitur, benè & malè ſuccedere, ſiue accedere. Cicero Attico: Cecidit bellè. Ibidem: Quod ſi auderem,

Athenas peterem, ſanè ita cadebat, vt vellem: nunc & noſtri hoſtes ibi ſunt, & te non habemus. Idem de oratore: Sed hoc tamen cecidit oportunè. Ibidem: Hoc loco Sulpitius inſperanti mihi, inquit, & Cottæ ſed valdè optanti vtrique noſtrûm cecidit. Idem in Verrem: Hoc adhuc percommodè cadit. Cæſar in Comment. Vbi tantos ſuos labores, & apparatus malè cecidiſſe viderunt.

BENE AVDIRE, MALE AVDIRE.

MAlè audire non eſt (vt vulgus putat) qui obtuſas aures habens, malè audit: nec è contra, Benè audire eſt, qui liberas habet ad audiendum aures: Verùm is, qui de ſe malè vel benè, aut rumorem de ſe malum aut bonum ſpargi percipit. Terent. in Phor. Benè dictis ſi certaſſet, audiſſet benè. Ibidem: Si herum inſimulabis auaritiæ malè audies. Idem in Hecyra: Sine me hoc effugere obſecro vulgus, quod malè audit, mulierum. Cicero Attico: Nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putant benè audire velle, vt ille malè audiat. Idem de oratore: Non quò libenter malè audiam: ſed quia ego cauſam non libenter relinquo, nimiùm patiens & lentus exiſtimor. Ibidem: Cùm Quintus Opimius conſularis, qui adoleſcentulus malè audiſſet feſtiuo homini Egilio, qui videretur mollior, nec eſſet, dixiſſet: Quid tu Egilia mea, quando ad me venis cum tuo colu & lana? non pol, inquit, audeo: nam me ad famoſas vetuit mater accedere. Idem in Verrem: Quæ Romæ magna eſt infamia, precio accepto edixeras ea ſola te, ne gratis in prouincia malè audires, ex edicto Sicilienſi ſuſtuliſſe video. Idem de finibus: Eſſe hominis ingenui & liberaliter educati, velle benè audire à parentibus.

BELLE HABERE, BENE MVLTI, BONA pars, Bono eſſe, Multo manè, Benè manè.

OBſeruare Latini omnes debent, & qui Latinitatis ſtudioſi ſunt, vel minima quæque eorum quæ Cicero & eruditiſſimi illi Ciceronis æquales, in operibus ſuis ſcripta reliquerunt: qualia ſunt, Bellè habere, benè multi, bona pars, bono eſſe, multò manè, benè manè. Cicero pro Lucio Murena: Poſthumus obuiam cum benè magna

caterua ſua venit. Idem de oratore: Habetis ſermonem benè longum. Idem Attico: A Curione mihi literæ benè longæ. Caſſius Ciceroni: Claſſis benè magna. Aſinius Pollio Ciceroni: Habet inermes benè multos. Dolabella Ciceroni: Terentia minùs bellè habuit, ſed certum ſcio iam conualuiſſe eam. Cicero de oratore: Aiebat bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam. Ouidius in Faſtis: Pars bona montis erat. Cicero Attico: Ad eum ſeptimo Idus literas dedi benè manè. Eidem: Binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Feſulanus multò manè mihi dedit. Hircius in Comment. Benè magna comparata manu prouinciam vaſtare cœpit. Ibidem: Benè magna multitudo. Ibidem: Benè magnum tempus conſumpſerunt. Ibidem: Benè multis vulneribus affecti. Ibidem: Noſtri ex humili conualle benè longè ſunt digreſſi.

BONI CONSVLE.

BOni conſule, modus loquendi veterum illorum, id ſignificat, quod bonum iudica. Perfecti enim illi Latinitatis principes, iudicare, conſulere dicebant, vt ſi dicas, Rogo boni conſulas: id ſit quod, Rogo bonum iudices. Ouidius de Ponto:

Vt tamen hoc ita ſit, munus tua grande voluntas
Ad me peruenit, conſuluiſque boni. Ibid.
Quæ quanquam miſiſſe pudet, quia parua videntur:
Tu tamen hæc, quæſo, conſule miſſa boni.

CAPVT.

INficiari nemo etiam mediocri ingenio audeat, eſſe modum quendam loquendi, qui linguam Latinam à barbarie diſtinguat. Nam verba ac vocabula quid per ſe, & ſigillatim ſignificent, innumeri Grammatici copioſè differuere. Sed quid ijs coniunctis, cõpoſita oratione, vſitato more loquẽdi, modus in veteribus ac perfectis autoribus obtinuerit, nemo hactenus (quod ſciam) planè cõſiderauit. Caput enim illud eſt, caput cœnæ, caput & origo, caput malorũ, caput factionis: &, capiti tuo, quod genus execrationis eſt, & huiuſmodi boni autores per trãslationẽ mira cũ iucunditate ſuis ſcriptis interſeruerũt. Plau. in Penulo: Capiti veſtro illud quidẽ. Virgil. Capiti cane talia demẽs Dardanio, rebusq; tuis. Idẽ: Dij capiti ipſius generiq; reſeruẽt. Cælius Ciceroni: Te ad nonũ Calendarum

iun. j

iunijSubroſtrarij(quod illorũ capiti ſit)diſsipatãs perijſſe. Plautus in Mercat. Ad capita rerum peruenias. Idem in Aſinar.Ego caput huic heræ argento fui hodie reperiundo. Cicero M. Marcello: Caput illud eſt, ſi iſta vita tibi commodum eſſe videatur. Idem Seruio Sulpitio: Caput illud eſt, vt Lyſonem recipias in neceſſitudinem tuam. Idem Attico:Caput illud eſt,quod ſcis.Eidem:Quarum literarum erat caput,Aquilam nouercam non eſſe laturum. Eidem:Quod caput eſt,ipſum non noui.Idem de diuinatione:Sed quod caput eſt,cur iſto modo iam oracula Delphis non æduntur? In Philippica ſecunda: Caput autem literarum,ſibi cũ illa Mima poſthac nihil futurum. Idem Bruto:Caput autem eſt hoc,quod te diligentiſſimè percipere,& meminiſſe velim.Idem in Officijs. Caput autem eſt in omni procuratione negocij & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio. Idem in Verr. Et quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus. Idem in Tuſculanis: Negauit ſe iure illo nigro, quod cœnæ caput erat,delectatum.Cicero pro T. Annio Milone:Quid,quod caput audaciæ eſt?Idem, qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum. Cùm præclarum caput recitaretur. Tit. Liuius ab vrbe condita: Cùm caput rerum omnium in omni hoſtium equitatu Maſiniſſam fuiſſe ſciret.

Capite aperto,Capite obuoluto.

Tit. Liuius de bello Punico: Capite aperto eſt ductus. Ibid.Obuolutum caput eſt.Idem ab vrbe condi.Caput obuolutio,infœlici arbori reſte ſuſpendito.

C V M.

Quis erit, qui legens quas infrà ſcripſi autoritates de clauſula *Cùm*, quemadmodum præcellentes ingenij vates illa vſi fuerint, quando tempus ſignificare voluerunt, non ſupra modum oblectetur,mihique arrideat, qui eas primus(vt opinor)notaui,& vndique decerptas quaſi in aceruum congeſſi? Plaut.in Truculen. Iam biennium eſt,cùm mecum eſſe ille cœpit. Ibidem: Illi quidem haud diu eſt cùm dentes exciderunt. Idem in Perſa: Nondum ſex menſes Megaribus huc eſt cùm commigrauit. Idem in Moſtellaria: Quia ſeptem menſes ſunt, cùm in has ædes pedem nemo intrò detulit. Idem in Menechmis: Plus triginta annis natus ſum, cùm ego interea loci non

vnquam

~~non loci~~ vnquam quodquam facinus feci peius, neque ſcelestius. Idem in Bacchidibus: Iam aderit tempus, cùm ſeſe etiam ipſe oderit. Terentius in Heautont. Si vnquã vllum fuit tempus mater, cùm ego voluptati tibi fuerim. Idem in Adelphis: Videre videor iam illum diem, cùm hinc egens profugi & aliquò militatum. Idem in Hecy. Hunc videre ſemper optaui diem, cùm ex te eſſet aliquis qui te appellaret patrem. Cicero pro Lucio Mur. Qui locus eſt iudices? quod tempus: quæ dies? quæ nox? cùm ego non ex iſtorum inſidijs, ac mucronibus, non ſolùm meo ſed multò etiam magis, diuino conſilio eripiar, atque euolem? Idem Caſſ. M. Fabium quòd mihi amicum tua cõmendatione das, nullum in eo facio quæſtum. Multi enim anni ſunt, cùm ille in ære meo eſt, & à me diligitur. Idem de Oratore. Iam anni propè quadrigenti ſunt, cùm hoc probatur. Idem Attico: Vtinam illum diem videam cùm tibi gratias agam, quod me viuere coëgiſti. Eidem: Eandẽ virtutẽ iſtam, veniet tempus, cùm grauiter gemes. Idẽ pro T. Annio Milone, Erit illud profectò tempus & eluceſcet aliquando ille dies, cùm tu ſalutaribus (vt ſpero) rebus tuis, ſed fortaſſe motu aliquo communiũ temporum, qui quam crebrò accidat experti debemus ſcire, & amiciſſimi beneuolentiam, amicitiam & grauiſſimi hominis fidem, & vnius poſt homines natos fortiſſimi viri magnitudinem animi deſideres. Idem Att. Triginta dies erat, ipſi, cùm dabam has literas. Idẽ Cæſari. Aliquot enim ſunt anni, cùm vos duos elegi, quos præcipuè colerem. Idem Atti. Vtinã eum diem videam: cùm iſta oratio ita liberè vagetur, vt etiam in Siccæ domum introeat. Idem pro eodem. Dies nondum decem interceſſerant, cùm ille alter filius infans necatur. Ibidem: Vnus & alter dies interceſſerat, cùm res parùm certa videbatur. Ibidem: Anni ſunt octo, cùm iſte in iſta meditatione verſatur. Idem in Philip. Viceſimus annus eſt, cùm omnes ſcelerati me vnum petũt. Idem Attico. Sed tu omnia conſilia differebas in id tempus, cùm ſciremus quæ Brundusij acta eſſent. Eidem: Ipſe diſcrucior veniſſe tempus cùm iam nec fortiter, nec prudenter quidquam facere poſſim. Eidem: Biennium iam præterijt, cum ille Callipides aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſit. Idem in Verr. Vna nox interceſſerat, cùm iſte Dorotheum ſic diligebat, vt diceres omnia inter eos eſſe communia.

munia Idem de Orat. Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ,cùm iſte accuſauit Caium Norbanum.Idem de officijs:Nondum centum & decem anni ſunt,cùm de pecunijs repetundis à Lucio Piſone lata lex eſt.Idem de diuinat.Quoniam multi anni ſunt,cùm bella à proprætoribus,& proconſulibus adminiſtrantur.

Virgilius in Georgicis.

Scilicet & tempus veniet,cùm finibus illis.
Agricola incautus terram molitus aratro:
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. Idem:

En erit vnquam.

Idem dies mihi,cùm liceat tua dicere facta,
Idem: Nec longum in medio tempus , cùm clamor ad aures Peruenit. Idem:
Turno tempus erit,magno cùm optauerit emptum
Intactum Pallanta. Idem:
Tertia iam Lunæ ſe cornua lumine complent,
Cùm vitam in ſyluis inter deſerta ferarum
Luſtra domoſque traho. Idem:
Septima poſt Troiæ excidium iam vertitur æſtas
Cùm freta,cùm terras omneis,tot inhoſpita ſaxa,
Syderaque emenſi ferimur. Idem:
Vix hæc èdiderat,cùm effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine fine fuerit. Ouid.de faſtis:
Iam tria luſtra puer furto conceptus agebat,
Cùm mater nato eſt obuia facta ſuo.

Titus Liuius ab vrbe condita: Permulti iam anni erant, cùm nulla certamina fuerunt.Idem de bello Punico:Dies haut multi interceſſerant cùm legati venerunt. Idem ab vrbe condita.Tricenteſimus ſexageſimus quintus annus vrbis Quirites agitur,cùm non vniuerſa Hetruria vobis bello par eſt.

CONTVRBARE.

Conturbauit me (fateor) cùm intelligere ſatis nondũ poſſem quid verbum *Conturbo* penitiore ſignificato ſibi vellet,cùm euolutis tandem diuerſorũ autorũ ſcriptis, id mihi viſus ſum percepiſſe. Eſt enim conturbare id ferè quod decoquere:quod vt alijs poſt iudicandum melius relinquam,loca ipſa ex quib.collegi,ſubijciam.Cicero ad Atti. Illi dij ſint irati huiuſmodi Græco , qui conturbare

quidē putat ſibi licere, quod equitib. Romanis. Idē Quin. Ciceroni fratri: Miſi ad Cæſarem eoidem illo exemplo literas, locum autem illius de ſua egeſtate ne ſis adſpernatus. Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe quod poſthac artis noſtræ fiducia conturbaret, luſiſque in eo genere & familiariter, & cùm dignitate. Idem pro Gn. Planco. Nam quod ais Caſſi, non plus me Planco debere, quàm bonis omnibus, quòd ijs æquè mea ſalus chara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor, ſed etiā ijs, quibus ego debeo boboni viri, & ciues, Comitijs ædilitijs aliquid ſe meo nomine debere Planco dicebant: Verū fac me multis debere, & in ijs Planco. Vtrū igitur me conturbare oportet, an ceteris cuiuſquè dies venerit, hoc nomen debitoris quo vrgetur nunc competitor diſſoluere? Quanquā diſſimilis eſt pecuniæ debitio, & gratiæ. Nam qui pecuniā diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit. Qui autē debet, æs retinet alienū Gratiam autē & qui refert habet, & qui habet in eo ipſo quod habet, refert. Vlpianus de inſtitoria actione l. Quicunq; Idem Labeo ait: Si quis piſtor ſeruum ſum ſolitus fuerit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde pecunia accepta præſente, vt per dies ſingulos ei panes præſtaret, cōturbauerit: dubitari nō oportet, quin ſi promiſit ei dari ſummas, teneri debeat. Alphen. de in rem verſo. l. Quidā ſeruus: Boues vendiderat, alios redemerat, nummos venditori nō ſoluerat, poſtea cōturbauerat: qui boues vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rē domini verſū eſſet.

CONSCENDERE.

Conſcendere propriè nauigantium eſt, quod ab vſu propè communi receſſit Ita enim tritum erat, vt quādoque abſolutè à perfectiſſimis illis autorib. dicetur. Cicero Attico: Ibid. Martijs Pompeium à Brunduſio conſcendiſſe. Cæſar in Com. Erat completis littoribus contentio, qui potiſſimùm ex magno numero conſcenderent. Ibidem. Tandem idoneam tempeſtatem nactus, milites, equiteſque, conſcendere naues iubet. Idem de bello ciuili: Non minori animo, ac fiducia, quàm antè dimicauerāt. naues conſcendunt. Ibidem: Nominatim euocati atque obſecrati, naues conſcendunt. Ibidem: Aequo vt animo mancipia, atque impedimenta in Italia relinquerent, ipſi

pediti naues conſcenderent.

Virgilius.

Bis denis Phirgium conſcendi nauibus æquor.

CORRVMPERE.

Corrumpere vulgata ſignificatione, id eſt certè quod inquinare, contaminare, vitiare. Conſiderantibus autẽ & diuerſa bonorũ autorũ loca rimantibus, interior quidã ſenſus occurrit, quo meo iudicio, id ſignificet, quod deſtruo, rumpo, rodo, perdo. Plautus in Amphitrion. Tace ne corrumpe oculos. Idẽ in Mercat. Nimiũ ſtultè facis, oculos corrumpis tales. Varro de re ruſtica: Neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit. Idem: Capræ omnia nouellæ ſata carpendo corrumpunt. Cicero pro Aulo Licinio: Tabulas, quas idem dicis ſolere corrumpi deſiderare. Idem in Verr. Vt tabulas publicas corrumpere auderes. Cæſar in Com. vt æquo animo ipſi ſua frumenta corrumperent. Saluſtius in Catil. Dubitando & dies prolatã magnas, oportunitates corrũpere. Idẽ in Iugurthino: Præda omnis à profugis corrupta. Ibidẽ: Illaq; & domũ, & ſemet igni corrumpunt. Ibidem: Nam cùm fortis venæ paulò proceſſerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur.

Propertius.

Et ſæpè immeritos corrumpas dentibus vngues.
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.
Corrumpit dura catena manus.

Ouidius de arte amandi:

Quid teneros lachrymis corrumpis ocellos?

Idem de Ponto:

His ego ſi demens auſim corrumpere nomen.

Idem de amoribus.

Quid fles, & madidos lachrymis corrumpis ocellos? Vlpia. locati & conducti, l. Sed addes: Sed prælũ & trapetum viciatum dominum reficere debere, quod ſi culpa coloni quid eorum corruptũ ſit, ex locato eum teneri. Idem eodẽ titulo, l. Ex conducto: Sed & ſi credo fructum oliuæ corruperit, aut ſolis feruore non adſueto id acciderit, damnũ domini futurũ. Idem ad legem Aquiliã, l. Si ſeruus: Si quis alteri damnũ fecerit, quid vſſerit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit, in diebus triginta proximis, tantum ex dam-

damno dare dānatus eſto,& ſubdit,Celſus ait, Lex rupe-rit:rupiſſe verbū ferè omnes veteres ſi intellexerunt, corruperit & ſubdit, Celſus non neget fractū & vſtum contineri corrupti appellatione.Labeo eodē titulo : Si riuum, quē faciendū conduxeras,& feceras antequàm eum probares,labes corrupit, tuū periculū eſſe Paulus reſpondit. Paulus de vſufructu, l. Titius: Menius villam vetuſtate corruptā, neceſſariā cogendis, & conſeruandis fructibus ædificauit. Idē de liberali cauſa, l Liberalis: Fieri enim poteſt, vt fiducia libertatis, & ſurripere quædam, & corrumpere,atque conſumere ex bonis eorū quibus ſeruiebat,auſus ſit. Cæſar in Cōment. Corruptis equis macie, conandū ſibi aliquid Pompeius de eruptione exiſtimauit. Ibidē: Itaque quodcunque addebatur, ſubſidio id corruptum timore fugientiū terrores,& periculū augebat.Hircius in Cōment. Frumento incenſo,vino,oleo,cęteriſque rebus,quæ ad victū parari ſolent corruptis.Ibid,Rebus ad victū pertinentibus corruptis. Titus Liuius ab vrbe condita. Cauſando corrūpi equos in inſula incluſos. Ibidem Caue ne tot meritorū gratiā maiore culpa corrūpas Ibid. Alia diſiecerunt,alia igni corruperunt.Ibid.Ad frumenta, quæ iam in horreis erant corrumpenda. Idē de bello Punico:Captū oppidū cum ingenti præda, quanquam pleraq; à dominis de induſtria corrupta erant.Ibidē? Tectis primis incenſis,ac frugibus corruptis.

CONSEQVOR ET Adſequor.

CONſequor & adſequor,vno propemodū,eodemq; modo dicēdi,cenſeri poſſunt,ſi dicamus : Nō me es adſecutus,vel cōſecutus,idē ſignificet, quod : Non potuiſti ad me peruenire.Terent.In Heautont.Hæc vbi aparuit oſtiū cōtinuò hūc ſe coniecit intrò,ego conſequor.Cic.Attico: Quamobrē te oro des operā,vt me ſtatim cōſequare.Eidē Si enim es Romæ,iam me adſequi non potes, ſin es in via cùm eris me adſecutus,corā agemus,quę erunt agēda.Eidem:Cùm præſertim non dubitaremus , quin ſi etiam tutum iter nobis fuiſſet,te tamē iam cōſequi non poſſemus. Idem in Catilinam: Aurelia tua profectus eſt, ſi accelerare volent,ad veſperum conſequentur. Cæſar in Cōment.

Hoc prelio facto, reliquas copias Heluetiorum, vt conſequi poſſet, pontem in arare faciendum curauit. Tit. Liuius de bello Punico: Peditum agmen, quia adſequi terra non potui. Idem de bello Macedonico: Paucos moratus dies, dum ſe copiæ adſequerentur. Idem ab vrbe condita: Nocte prægreſſum eum ad ſequitur locis planis, ac patentibus.

Caueor, & Gemor.

Caueor & gemor ſæpenumerò ſcriptum reperi (vt opinor) à paucis obſeruatum. Cicero Seruio Sulpitio: Quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo & prædicãdo ſententia. Idem Attic. Atq; hic ſtatus, qui vna voce omnium gemitur. Eidem: Cætera quæ quidem prouideri poterunt, cauebuntur. Eidem: O hominem cauendum mihi! Eidem: Fidem vobis habendam non eſſe, De verò cauendum.

Commodùm.

Commodùm diſceſſeram cùm veniſti, id eſt, oportunè in tempore, aliquando vix, tantùm. Modus hic loquendi, elegans frequenti in vſu eſt apud bonos autores. Plautus in Mercatore: Si iſthac ibis, commodùm obuiàm venies patri. Idem in Trinum. Nomque hoc commodùm orditur loqui. Idem in Milite: Hem teipſum quæro commodùm vir lepidiſſime. Terentius in Eunucho Commodùm huc aduenerat Cicero Atico: Commodùm diſceſſerat Hilarius librarius. Eidem: Commodùm ad te miſeram Demeam, cùm herus ad me venit Eidem: Commodùm ad me dederunt literas de pluribus rebus, cùm ad me benè manè Dionyſius fuit. Eidem, Commodùm diſceſſeras heri cùm Trebatius venit.

AMAT, VT CVM MAXIME.

AMat vt cùm maximè, modus eſt loquendi Romano candore perfuſus. Id enim ſignificat, quob illiterati dicunt, Amat ſicut vnquam vel nunquam magis. Cicero Quinto fratri: Domus celebratur ita vt cùm maximè. Terẽtius in Hecyra: Amabat vt cùm maximè tùm Pãphilus.

CEDO.

CEdò aduerbium quandoque ab veteribus etiam ad plures referebatur. Cic. de ſenectute: Cedò qui veſtram rempubli. tantam amiſiſtis, & tam citò?

CONSENTIRE.

Conſentire, intimo modò loquendi eſt, quod conueni-re, cõcordare. Cicero in Academicis quæſtionib⁹: Sed mihi neutiquam cor conſentit, & ſubdit: Apparet enim iam cor cum oculis conſentire. Idem Attico: Quoniam cum conſilijs tuis, mea & facta, & conſilia conſentiunt. Idem de diuinatione: Animorum cõſentientium multitudine completum eſſe mundum. Idem de reditu ſuo: Tanta conſenſione Italiæ. Idem de natura deorum: Itaq; illa mihi placebat oratio de conuenientia, conſenſuque naturæ. Ibidem: Ita feruntur, moderanturque curſus, vt ad omnia conſeruanda, & tuenda conſenſiſſe videantur. Idẽ Planco: Quæ autem recitatæ ſunt literæ in ſenatu, nequaquam conſentire cum oratione Furnij viſæ ſunt.

Condicere.

Condicere, penitiore ſignificato erat, Denunciare conſtituere, decernere: & in cœnis eo verbo præſertim veteres vtebantur. Plautus in Sticho: Homines ſeruulos potare, amare, atque ad cœnam condicere. Cic. Lentulo: Nã cùm mihi condixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. Titus Liuius ab vrbe condita: Rex his fermè verbis patres conſulebat. Quarum rerum, litium, cauſarum, condixit pater patratus Pop. Romani Quiritiũ, patripatrato priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis.

LOCI, ET COELI GRAVITAS.

Loci & cœli grauitatem dicebant antiqui eo modo dicendi, quo multi peruerſè, vt cætera, malum aerem dicunt. Cicero Attico: Et cum reliquis etiam locis grauitas hic miſerrimè perferenda eſt. Eidem: Iam enim corpore vix ſuſtineo grauitatem cœli huius. Varro de re ruſtica: In Apulia loca calidiora & grauiora. Ibidem: In regionibus, quæ grauitate cœli, ſolique ſterilitate vaſtantur.

CERTVS.

Veteres verbum hoc *Certus*, ſermoni Latino occultiori, & varia ſignificatio quãdoq; interſerebant. Quod non abire ſit obſeruaſſe. Proderit enim non parùm ſtudioſis ſi ſedulò hos floſculos attenderint. Qui verò abſirmant in plurali Certos dici, non Certum, erraſſe facilè

deprehenduntur. Cic. in Verrem: Confirmat ſe homines certos ei rei cauſa in Siciliam, & terra, & mari miſſurum. Ibidem: Cum iſte continuò mittit homines certos Melitam. Ibidem: Certos homines in Quinqueremi miſiſſe. Idem in Catilinam: Certos homines delectos, ac deſcriptos habebat. Cicero Attico: Hominem certum miſi de comittibus meis. Eidem: Certos homines ad mulieres miſeram. Eidem: Statim dediſti literas, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Idem Caſſio: Qui cùm eſſent miſſi, vt Antonio ex Senatus ſententia certas res nunciarent, cùm ille earum rerum nulli paruiſſet, vltrò ab illo ad nos intolerabilia retulerunt. Cicero ad Pontifices: Hanc iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus, & falſis criminibus dirimerunt. Ibidem: Neque ille tot ſuſpitionibus certorum hominum, & ſcelere exulceratus. Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Si tibi fortuna non dedit, vt patre certo naſcerère.

Virgilius:

Equidem per littora certos
Dimittam.

Horatius:

Nam ſi natura iuberet
A certis annis æuum remeare peractum.

Titus Liuius ab vrbe condita: Cùm in diem certam vt ad lucum Ferentinæ conueniant, edicit.

CEDERE VITA, CEDERE patria.

Verbum Cedo vulgare propè eſt, & per ora etiam vulgarium [illegible]oras ſingulas venit. Vnum tamen eius verbi modum, quo veteres illius diuini ſeculi vtebantur nõ ab re collegiſſe, ſitã paucis (vt arbitror) hactenus rectè obſeruatum. Nam Cedere vita cedere patria, cedere foro rariſſimè repetitur. Addita verò præpoſitione frequentiùs, vtrunque dicendi genus, quod penè iam ab vſu receſſit, elegantiæ plenum eſt. Cicero Attico: Salue, inquit Arrius hoc eſt, Roma decedere? Idem Bruto: Vos fortaſſè ſapientius exceſſiſtis vrbe ea, quam liberaueratis. Idem in ſecunda Philippica: Qui cùm multa vita excedens prouidit, tum quòd te conſulem non vidit. Aſinius Pollio Ciceroni: Finibus meæ prouinciæ nuſquam exceſſi.

Virgi-

Virgilius.

Inuitus Regina tuo de littore ceſſi Idem:
Poſſuntque ſolo decedere noſtro. Idem:
Taciuſque mea decedere terra.

Cicero ad Octauium: Cedam tibi in præſentia foro, curia, & ſanctiſſimis deorum immortalium templis, in quibus reuiuiſcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa ſenatus nihil conſulitur, timet multa, aſſentitur omnia. Cedam vrbe, quam per me conſeruatam, vt eſſet libera, in ſeruitute videre non potero. Cedam vita, quæ quanquam ſolicita eſt, tamen ſi profutura eſt Reipub bona ſpe poſteritatis me conſolatur: qua ſublata, non dubitanter occidam, atque ita cedam, vt fortuna iudicio meo non animus mihi de fuiſſe videatur. Titus Liuius de bello Punico: Cedere poſſeſſione magnæ fortunæ.

Cadere cauſa.

Cadere cauſa, hoc eſt, quod vulgò dicunt, Perdere aut ſuccumbere. Cicero de oratore: Vt ei quem defendebat, cauſa cadere liceret. Idem pro Lucio Murena: Et ſi turpe exiſtimas te, aduocato illum ipſum, quem contra veneris cauſa cadere. Paulus de iure fiſci, l. in fraudem: Vt ſi vſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat.

COHORS.

Non eſt Cohors ſolùm militum, quòd penè vulgare eſt, ſed eſt etiam familia primarij viri. Quod vt inter omnes conſtet, loca quàm plurima bis ſubieci. Cicero in Verrem: Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis. Ibidem: Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quòd corrumperet? Ibi. Recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum. Ibidem: Negas de conuentu recuperatores daturum, cohortem tuam proponis. Ibidem. Apronio permittis, vt quos velit de cohorte ſua ſumat recuperatores.

Horatius:

Laudat Brutum, laudatque cohortem. Idem:
Vt iuueni placeat, per contare, vtq; cohorti. Catul
Piſonis comites cohors inanis.

Confirmare

Confirmare cùm de valetudine loquimur ſignificat, meliùs habere, & vires recuperare. Cicere Tironi: Satis enim te maturè videro, cùm planè confirmatum videro.

Eidem: Adhuc dum mihi nullo loco deeſſe vis, nunquam te confirmare potuiſti. Eidem. Cùm te bene confirmaris, ad nos venias.

Crepare cum accuſatiuo.

Crepare cùm accuſatiuum habet, id ſignificat quod loquitur, prædicat.

Horatius:

Sulcos & vineta crepat mera, præparat vlmos. Idem
Si quid Stertinius veri crepat.

DE ET EX.

Particula, ſiue præpoſitio *De*, quantam venuſtatem gratiam, elegantiam obtineat, quámue crebrò operi intermixta reperiatur, tamet ſi aliqui obſeruarunt: quò tamen bonarum literarum ſtudioſi hoc & alia eiuſmodi imitari faciliùs poſſint, quaſi in albo prætoris huic folio ob oculos ſubſcripſi. Plautus in captiuis: Emit hos de præda, ambos de quæſtoribus. Idem in Rudente: Nam de nocte multa, impigreque ſurrexi: In Moſtella. Non bonus eſt ſomnus homini de prandio. In Curcullione: De illo emi virginem. In Truculento: Nam mihi de vento miſerè condoluit caput. Terentius in Andria: Clamat de via. Idem in Adelphis: mò de nocte cenſeo hodie. Idem in Phormione: Vbi agrũ de noſtro patre colendũ habebat. Cato de re ruſtica: De domino bono, colono, bonoq; ędificatore melius emetur. Varro de re Ruſtica. De aſinis quenque ampliſſimum & formoſiſſimum quem poſſunt, eligunt. Idem ibidem: Quas mihi adpoſuiſti in villa Rheatina ad lacum Velini eunti de controuerſijs. Cicer. Lentulo: Ego tua gratulatione commotus, quòd ad me pridem ſcripſeras velle te benè euenjre, quòd de Craſſo domum emiſſem. Idem de Oratore: Equidem ſæpè hoc audiui de patre & ſocero meo. Idem Atti. Poſtea Meſſala de Pompeio quæſiuit. Eidem: De Antiocho ſcire poteris. Eidem: Neque facturus quicquã niſi de meo conſilio. Idem de diuinatione: Et eum admiratum queſiſſe de Deo, quódnam illud eſſet tale monſtrum? & Deum reſpondiſſe, vaſtitatem eſſe Italiæ. Idem in Academicis quæſtionibus: Niſi de via feſſus eſſet. Idem de diuinatione: Et redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam, non inertia, aut inopia tardior fuit. Idem in Verrem. Cùm conſilio

ſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit,& de conſilij ſententia. Mamertinus ſe frumentum non imperare pronunciat.Ibidem: At de conſilij ſententia præclarum recitari conſilium iud ces audiſtis.Idem pro Sexto Roſcio Amerino:In dominos queri de ſeruis iniquum eſt. Idem pro L Flacco: Fundum Cirneum Romæ mercatus eſt de Pupillo Metulonio.Idē in Bruto :Tum ego audiui equidem iſta inquam de maioribus natu. In partitionibus oratorijs:Qui cum in dominos de ſeruis quæri noluiſſent, tamen de inceſtu,& coniuratione quæ facta me cõſule eſt, quærendum putauerunt.Cipro L.Cor.Bal. Audiui hoc de parente meo. Idem Ci. Fa. Cal. Quæſiui de mea Tullia quid egiſſet. Idem Q. fratri, Efficiam, quod ſæpè viatoribus cùm properant euenit,vt ſi ſeriùs quàm voluerint forte ſurrexerint,properando etiam citiùs,quàm ſi de nocte vigilaſſent,perueniant quò velint.Cæſar in Commentar. Cùm de tertia vigilia Petreius & Afranius caſtra mouiſſent. Idem Oppio, ac Cornelio Balbo. Miſit ad me Gn. Magium de pace.Idem in Comment.De tertia vigilia cũ legionibus tribus è caſtris profectus,ad eam partem peruenit.Ibidem:Ad Cæſarem de pace miſerunt.Ibidem. De media noctè miſſus equitatus.

Horatius in Epiſtolis:

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Ouidius de Ponto:

Terraque de fructu quàm ſit amara docet.

Idem:

Quæ proprium mixto de ſale pondus habet.

Idem ad Corinnam:

Hei mihi de monitis torqueor ipſe meis.

Tit.Liuius ab vrbe condita: Quæro de te, arbitreris ne. Papinianus ad Senatuſcon.Trebel.l. Hæredes:Peto de te vxor chariſſima.

Ex.

Cicero Attico:Quæſiuit ex eo placerétne iudices à prætore legi? Ibid. Cùm autem ex eo quæreret quid videret. Idem de diuinatione : C.Marium cum faſcibus laureatis ex te quærere,quid triſtis eſſes?

DICERE TESTIMONIVM, & teſtimonia.

Quàm

QVàm pulchrum eſt (bone Deus) hoc quoque dicendi genus, quod ex vno, eodemq́ue theſauro, bonorum autorum, nuper erui, à paucis (vt arbitror) conſideratum, cùm optima quæque ſine attentione prætereuntur. Dicere enim teſtimonium, viri illi clariſſimi proferre ſolebant eo modo loquendi, quo aut teſtificari, aut probare etiam dici cœptum eſt. Cicero de oratore: Num igitur placet cùm de eloquentia præcipias, aliquid etiam de teſtimonijs dicendis, quaſi in arte tradere? Idem ad Quintum fratrem: Cùm teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè dixiſſem. Idem pro Sylla: Cur dixiſti teſtimonium in alios? Ibidem. Qui in illum teſtimonia grauia dixerunt. In eadem oratione: Qui teſtimonium de couiuratione dixi. In Verrem: Qui priore actione ita teſtimonia grauiter vehementerq́ue dixerunt, vt Artemonem Centuripinum legatum & publicè teſtem, Quintus Hortenſius accuſatorem, non teſtem eſſe dixerit. In eundẽ: Nunquam poſt populi Romani nomen ab Siculis auditum & cognitum Agrimenſes contra quenquam infirmum ciuem Romanum dixiſſe, aut feciſſe quidpiam, qui tunc contra prætorem populi Romani magnis iniurijs, & magno dolore publicè teſtimonium dicere cogerentur. In eundẽ: Num expectatis dum Lucius Metellus, is qui multos in iſtum teſtes imperio, & poteſtate decernit, idem abſens, & de iſtius ſcelere, improbitate, audacia teſtimoniũ dicat? In eundem. Sed ornationes tuo iudicio, ad teſtimonia dicenda venerunt. Idem pro Cluentio: Non recito teſtimonia hominum honeſtiſſimorum, quæ in Sthalenum ſunt dicta. Ibidem: Falsúmve teſtimonium dixerit. Idem pro Cluentio: Neque cognitum commemoraui, neque teſtimonium dixi. Idem pro Planco: Multi etiam communes inimici rerum omnium, qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt. Idem pro L. Flacco. Mortuus eſt aculeo iam dimiſſo ac dicto teſtimonio. Ibidem: Qui autem dicit teſtimonium ex noſtris hominibus, vt ſe ipſe ſuſtentat? Ibidem: Vt qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit. In eundem: Pueri autem Siſennæ credo, qui audiuiſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nunquam eijcere, neque ab argento digitũ diſcedere. In eundem: Melitenſis Diodorus eſt, qui apud vos antea teſtimonium dixit. In eundem: Tamen quoniam hæc à maioribus

ribus

ribus conſtituta accepiſſent, teſtimonium ne quod dicerent. Idem de natura deorum: Diogenes quidem Cynicus dicere ſolebat, Harpalum, qui temporibus illis prædo fœlix habebatur, contra deos teſtimonium dicere, quòd in illa fortuna tam diu viueret. Scæuola de teſtibus. Inuiti teſtimonium dicere non coguntur. Vlpianus de teſtamentis, l. Quod teſtamento: Mulier teſtimonium dicere in teſtamento non poterit. Caius de teſtamentis, l. Cum lege: Et eo ampliùs, vt putant quidem, néve ipſi dicatur teſtimonium. Archadius de teſtibus, l. Teſtimonium: Ex his quibus non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege à dicendo teſtimonio excuſantur. Caliſtratus eodem tit. l. Teſtimonium: Lege Iulia de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere ei liceret. & ſubdit: Qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepiſſe iudicatur. Cicero in Vatinium teſtem. Cùm antè Lælius Nutricula ſeditioſorum omnium teſtimonium diceret. Idem pro M. Cælio: An grauis, ſapiens, moderatusque vir religiosè teſtimonium dixiſſe videatur. Idem pro Sex. Roſcio Amer. Teſtimonium etiam in Sextum Roſcium dicturus eſt. Ibidem. Vt in minimis rebus ampliſſimi homines teſtimonium de ſua re non dicerent. Ibidem: Teſtimonium non diceret. Aſconius Pædianus: Vltimæ teſtimonium dixerunt. Idem: Dixerunt in eum infeſti teſtimonia principes ciuitatis. Idem: Quod Siculi, qui anteà publicè teſtimonium dixerant. Idem: Apud antiquos & de auditione teſtimonium dicebatur. Idem: Si teſtimonium aduerſus eum diceret. Titus Liuius ab vrbe condi. Quòd falſum aduerſus ſe teſtimonium dixiſſet. Idem pro L. Cornelio Balbo: Et teſtimonium dixiſſet publicè.

DICERE CAVSAM.

Dicere cauſam, dicere diem, dicere ius, dicere ſententiam, dicere legem, modi ſunt dicendi diuerſi, diuerſa ſignificantes. Eſt enim dicere diem, certam diem reo conſtituere, vt accuſetur. Dicere cauſam eſt, cùm reus accuſationibus reſpondere cogitur. Dicere ius eſt, cùm iudex iuſtitiam reddit vel miniſtrat. Dicere ſententiam eſt, cùm quis (vt ineptè dicunt) votum ſuum dat, vel opinionem ſuam dicit. Dicere legem eſt, quod præfigere: præſcribere quid opus ſit facto. Plautus in Menech. Apud Aediles

præ

prælijs factis plurimis peſſimisque dixi cauſam. Terentius in Adelphis: Aduerſum ne illam cauſam dicerem, cui veneram aduocatus? Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: Ea nos hoc tempore vtimur, qui cauſam dicimus. Ibidem: Cauſam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat. Idem in Verrem: Fuit nundinatio aliqua, & iſti non noua, ne cauſam diceret. Ibidem: Quis non pertimeſcat cauſam dicere domi nos? Ibidem: Cauſa dicta, damnati ſunt. Cæſar in Commentarijs: Orgentorigem ex vinculis cauſam dicere coëgerunt, & ſubdit: Die conſtituta cauſæ dictionis. Titus Liuius ab vrbe condita: Virgo Veſtalis de inceſto cauſam dixit. Ibidem: Semel cauſam dixit. Idem de bello Macedonico: Scipio iuſſus dicere cauſam, orationem magnificam de rebus à ſe geſtis exorſus eſt.

Indicta cauſa.

Cicero in Verrem: Indicta cauſa in vincula coniecit ſeruos.

Dicere diem.

Plautus in Aſinaria: Quem videam æquè eſſe mœſtũ, vt quaſi dies ſi dicta ſit. Idem in captiuis: His diem dicam, irrogabo mulctam. Cicero pro Milone: Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat. Tit. Liuius ab vrbe cond. Cæſoni capitis diem dicit. Ibidem: Accuſatorem primũ Virginium, & Appium reum deligunt, cùm diem Appio Virginius dixiſſet: Appius ſtipatus patritijs iuuenibus in forum deſcendit. Ibidem: Rei capitalis diem Poſthumio dixerunt. Ibidem: Rei capitalis diem dicere. Idem de bello Macedonico: P. Scipioni Africano duo P. Petilij diem dixerunt. Cicero pro T. Annio Milone: Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.

Dicere ius.

Cicero in Verr. Audiſtis ob ius dicendum Q. Varium dicere procuratores ſuos iſti centum & triginta millia nummũm dediſſe. Idẽ in prouincijs Conſularibus: Emiſti grandi pecunia, vt tibi de pecunijs creditis dicere liceret ius in liberos populos. & ſubdit: Id emptum ita vendidiſti, vt aut ius non diceres, aut bonos ciues Romanos euerteres, & ſubdit: Perſeuerauit ius publicano non dicere. Ibidem: Non offendebantur homines in eo neque moleſtè ferebant abeſſe à foro magiſtratum, non ius dici, non iudi-

iudicia fieri. Ibidem: Iſti pecuniam ob ius dicendum dediſſe. Plautus in Menechmis: Iuris vbi dicitur dies, ſimul patronis dicitur. Titus Liuius ab vrbe cond. Aut ius de pecunia credita diceret. Item pro Lucio Flacco: Qui anno antè Romæ ius dixerat.

Dicere ſententiam.

Cicero in Verrem: Mos eſt Syracuſis, vt ſi qua de re ad ſenatum referatur, dicat ſententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Ibidem: Vt quiſque ætate & honore antecedebat, ita ſententiam dixit ex ordine & ſubdit: Cùm ſurgeret nemo, neque ſententiam diceret. Idem ad Atticum: Nocet interdum Reipubl. Cato: dicit enim tanquam in Romuli face ſententiam. Idem in Philip. quarta: Vt ſententiæ de ſumma Reipub. liberè dici poſſint. Ibidem: Me conſule ſententiæ ſalutares dictæ ſunt, quibus ad hanc diem viximus Idem in Philippica xiiij. Qui hoc loco ſententias dicimus. Cælius Ciceroni: Conſulem deſignatum primum ſententiam dicentem.

Dicere legem:

Horatius.

Prudens emiſti vicioſum, dicta tibi eſt lex.

DVCERE SORTEM, VITAM, Spiritum.

Dvcere ſortem, vitam, ſpiritum. Cicero in Verrē: Sors ducitur, quamobrem? Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. Virg.

Stat ductis ſortibus vrna. Cicero pro lege Manilia: cùm veſtros portus, atque eos portus, quibus vitā & ſpiritum ducitis, in predonum fuiſſe poteſtatē ſciatis.

DARE VICIO, CRIMINI, vertere vicio.

Dare vicio, vertere vicio, dare crimini, id eſt, quod corruptiſſimè dicitur Inculpâre. Plaut. in Epidico: Quis erit, qui id vertat vicio? Idem in Milite: Ne quis tibi hoc hodie vicio vertat. Terentius in Andria: Nunc quam rem vicio dent, quæſo animaduertite. cicero in Bruto: Quinetiam memini cùm in accuſatione ſua Q. Gallo crimini dediſſet, ſibi eum venenum parauiſſe.

DARE PIGNORI.

DAre pignori,idem eſt quod oppignorare.Sed hic etiã modus dicendi obſeruandus eſt.Plautus in Moſtellaria:Heri X L.etiam dedit hucuſque pignori.

Dicet aliquis,roget aliquis.

Dicet aliquis, Roget aliquis, modus eſt dicendi, quo inepti dicunt, Fortè aliquis mihi dicat. Vel, ſi quis me roget.cicero in paradoxis:quid eſt igitur, quæret aliquis, bonum?

Deiicere oculos.

Deijcere oculos, celeritatem aliquando ſignificat, aliquando præ pudore ſubmittere.cice.in Verrem:Si tantulum oculos deiecerimus,præſtò eſſe inſidias.

DEPONENTIA PASSIVA.

NEc eſt prætermitendum, eſſe apud perfectos illos autores deponentia nonnulla,quæ in participijs plerunque paſſiuè ponantur, quorum vel pauca collegi de multis,vt palàm ſit nullam aliam eſſe Grammaticã,quàm modum loquendi,quem aut obſeruare, & imitari neceſſe ſit eum,qui Latinus dici cupit: aut ſi id neglexerit, in ſua barbarie contabeſcere.Cicero Attico: Sed ea omnia mihi ſunt patienda.Eidem: Te etiam atque etiã oro, vt me totum tuendum ſuſcipias.idem pro M. Cælio: Magnum crimem,vel in legatis inſidiandis, vel in ſeruis ad hoſpitem domi necandum ſollicitandis. idem pro Cornelio Balbo: Huius virtus præſens experta atque perſpecta ob trectétorum voce lædetur. ibidem: Quiddam de cõmuni conditione omnium noſtrûm deprecandæ maleuolentiæ cauſa breuiter commemorandum videtur.,Ibidẽ: Veruntamen vigilijs nocturnis, & concione hominũ inſtitutũ illud conceptum atque meditatum eſt. In Antonium:De laude ſilebo, quæ gratiſſima memoria omniũ ciuium incluſa, nondum autoritate publica teſtata eſt Idem de ſenectute: Agro benè culto, nihil poteſt eſſe vſu vberius, ſpecie ornatius, ad quem fundum non modò non retardat,verumetiam inuitat,atq; etiã allectat ſenectus. Idem in paradoxis: An quiſpiam in potiundis voluptatibus gloria ſe,& prædicatione effert? Plautus in Baccidibus: conſolãdus mihi hic eſt.Cicero Attico: Illud ineſt tamen cõmodi,quòd & mihi & cæteris amicis tuis nota fuit,& abs te aliquando teſtificata tua voluntas. Horat.

Obli-

Oblituſque meorum, obliuiſcendus & illis.

DVM PARTICVLA, CVM Expecto conſtructa.

PArticula Dum, coniungitur à perfectis illis autoribus, cum verbo expecto, mira cum elegantia, & pari propemodũ concordia, vt facilè ſit conſiderantibus iudicare, vnum illis atque eundem fuiſſe dicendi modum. Plautus in Pſeudolo: Ne expectetis dum redeam. Idem in Caſina: Ne expectetis dum illi ad eos exeant. Terentius in Andria: ergóne expectatis dum exeat huc? Idem in Eunucho: Concedam hinc intrò, atque expectabo dum veniat. Cicero Lucio Luceio: Sed ad properationem meam quidem intereſt non expectare dum ad locum venias. Idem in Bruto: Quòd ſcribis te in Italia moraturum dum tibi literæ meæ veniant, ſi per hoſtem licet. Eidem: De ſororis autem tuæ filijs non expectaui Brute dum ſcriberes. Idem G. Pompeio: Non expectaui dum mihi à te literæ redderentur. Idem Attico. Ego in Arcana operior dum iſta cognoſco. Idem Expecta amabo te dum Atticum conueniã. Ibid. De Aufidio & Palicano non puto te non expectare dum ſcribam Idem in Piſonem. An ego expectem dum te quinque & ſeptuaginta tabellæ diripiantur? Idem in Verrem Quid expectas, an dum ab inferis ille Malleolus exurgas? In eundem: Nolite expectare dum omnes obeam oratiane mea ciuitates. Idem in philippicis: Non expectas dum teſtimulis fodiam: Virgilius:

Quid moror? an mea Pigmalion dum mœnia frater,
Deſtruat?

Vatinius Ciceroni: Si hoc expectandũ ſit, dum totum bellum conficiatur. Cælius eidem: Saltem dum quid de Hiſpanijs ſcitur expecta. Plancus eidem: Sciebam enim, & cautius erat conſilium, expectare me ad Iſaram, dum Brutus traijceret exercitum. Brutus eidem: Ego tibi vt antea ſcripſi, dum mihi à te literę veniant, in Italia morabor. Idem eidẽ: Noli expectare dum tibi gratias agam. Titius Liuius ab vrbe condita: Expectare dum conſul, aut dictator fiat. Ibidẽ: Nec expectẽt dum à Roma legati veniant. Ibidẽ: Moratus dum milites ad prædam diſcurrerent. Ibidem Moratus dum imperatores conſuleret. Ibidẽ Expectantes dum ab hoſtibus clamor inciperet. Idem de bello

Punico: Paucos morati dies dum ſocij venirent. Idem ab vrbe condita. Nolite expectare dum fugiant. Ibidẽ: Expectate dum vobis obuiæ veniant. Idẽ de bello macedonico: Paucos moratus dies dum ſe copiæ conſequerentur.

Diminuere.

Diminuere caput, fores, poſtes, modo loquendi illorũ veterum eſt frangere, qui modus memoriæ mandandus eſt ei, qui bonæ latinitatis caput diminuere non vult. Plautus in Menechmis: Illi homini diminuã caput Idẽ in Bacchidibus: Niſi malis poſtes diminui ſecuribus.

Capitis diminutio apud Iuriſconſultos.

Sed alia eſt capitis diminutio apud Iuriſconſultos. Eſt enim prioris ſtatus immutatio, vt teſtatur Caius eod. titu. l. prima. Antiqui tamẽ oratores de capite diminuere, & de capite demere dicebant. Cicero in Verrem Vnũ hoc aliud Senatuſconſultum reprehenſum ſecretumque eſt, vt quibus ille de capite dempſiſſet, ne pecunias in ærarium referrent. Ibid. Hoc nomine vidiſtis tritici modios de capite eſſe demptos. Ibid. Demũt de capite Medimna D.C. Ibid. Coguntur Aſcrioni, id eſt Pippæ dare tantum, quantũ erat de capite demptum. Idem in Topicis. Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, non eſt ſatis & ſubdit: Quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit. Adeſt etiam nunc, qui capite non ſunt diminuti, hoc fortaſſe ſatis eſt. Cæſar in Commentarijs. Illud quod deditione ducis, & capitis diminutione ſublatum eſt. Titus Liuius de bello Punico: Serò nunc deſiderati diminuti capite, abalienati iure ciuium.

Deducere.

Deducere, nota ſunt huius verbi varia ſignificata, quæ & Multis notata diligenter fuêre: ſed locus Ciceronis admonet, vt nos quoque de eo aliquid dicamus, cum Deducere inter cætera ſignificet ſponſam vel amicam domum perducere: & item ſignificat de ſumma demere, vel detrahere. Cicero qui facetijs ſcatebat & dictis, cùm mater M. Bruti Seruilia Iuniam Tertiam filiam, eandemque C. Caſſij vxorem ad Cæſarem, qui mœchus caluus ob adulterium dicebatur, deduxiſſet, eademque Seruilia paulò pòſt ab Cæſare precioſum ære paruo fundum emiſſet, Cæſaris libidinem cauillatus circa verbum Deduco, dicto peracuto

to proſci dit.Equidem, inquit,quò meliùs emptum ſciatis, comparauit Seruilia hunc fundum,Tertia deducta.

Interdum Deduco ſignificat comitari,ſiue domum perducere.

Terentius in Andria:Hic nunc no n dubitet,quin ſe deductu rum neges.

Ouidius de Ponto.

At cùm Tarpeias eſſes deductus in arces.

Horatius:

Occurram in triuijs,deducam,nil ſine magno.
Vita labore dedit mortalibus. Tibullus.
Tempus erit cùm me Veneris præcepta ferentem.
Deducat iuuenum ſedula turba ſenem.

Titus Liuius de bello Punico:Dictator ſe magiſtratu abdicauit,priuatuſque de roſtris deſcẽdit,turbæq́; ſe immiſcuit.ne deducendi ſui cauſa populum de foro abduceret. Ibid.Tamen frequentes deduxerunt domum

Quandoque id Verbum ſignificat de ratione, Vel ſumma aliquid demere(Vt diximus) ſiue detrahere.

Cicero de Officijs ? Hæc igitur talia circumſpicienda ſunt in omni officio, & conſuetudo exercitatioq́; capienda,vt boni rationatores officiorum eſſe poſſimus,& addẽdo,deducẽdóque videre quæ reliqua ſumma fuit, ex quo quantũ cui debeatur, intelligas. Africanus de iure dotiũ, l.Pater.Deducta parte tertia reliqua ſibi dos reddatur. Idẽ eodem titulo:Vno pluribuſúe filijs ſuperſtitibus deducta parte.

Quandoque Deducere,Vt diximus ſinificat ſponſam ad maritum,Vel amicam ad amantem perducere.

Cicero.in verrem , actione quarta: Hic eſt decimus,ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidiori Mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicinæ,huius Tertiæ plus etiã quàm Pippæ,plus quám cæterarum ac propè dicam tantũ apud iſtum in Sicilienſi prætura autoritas valuit , quantum in vrbana Chelidonis.

Oidius de faſtis.

Cum primum cupido Venus eſt deducta marito.

Terentius in Hecyra: Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum. Tibullus.

vt iuueni primum virgo deducta marito.

hoc quoque conſiderandum eſt, Tertia filia cùm dicitur, nomen proprium, non numeri eſſe, nam id frequens reperitur Cicero in Verrem, actione quinta: Huc Tertia illa perducta per dolum atque inſidias à Rhodio Tibicine & ſubdit: Sic hanc Tertiam dilexit, vt eam ſecum ex prouincia exportaret. Idem actione ſexta: Sed eo ipſo tempore cùm eſſet in littore Tertia illa tua, quam tecum deportabas, erat in omnium conſpectu. Aſconius Pædia. Nam Tertiam Scæuolæ filiam dimiſſam à Pompeio in matrimoniũ duxerat. Vlpianus De condi. l. Hæc conditio: In domum mariti deducta eſt Scæuola De donat: l. Seia Sempronio cùm certa die nuptura eſſet, antequam domum deduceretur, tabulæque dotis ſignarentur, donauit tot aureos. Papinianus de iure dotium, l. Dotis: Nam ſi minor annis duodecim, vt maior deducta ſit, tunc primùm petetur.

Deducere idem ſignificat, quod redigere.

Catullus.

Huc eſt mens deducta tua mea Lesbia cura.

Poſtremò, omiſſis cæteris in alio ſignificato, Deducere ſignificat auocare, & à propoſito remouere.

Cicero in Catilinã: Si impedens patriæ periculũ, me neceſſariò de hac animi lenitate deduxerit. Idẽ Terentiæ. Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quò minùs hoſpitij, & amicitiæ ius, & officiumque præſtaret.

Deferre.

Deferre nomen, non eſt propriè accuſare, ſed antè accuſationẽ apud iudicẽ, vel magiſtratum aliquẽ, de aliquo crimine denunciare: vnde Delator dictus eſt, vt clarè infrà oſtendetur. Cicero in Verrem: Serui cuiuſdam nomen defertur, is accuſatur, ficti teſtes in eum dantur, rem cunctus Senatus Catinenſium iudicat. Terẽtius de bonis poſſeſſis, l. Eum patronum: Qui nomen detulit accuſaſſe intelligendus eſt, niſi abolitionem petat. Plautus in adularia: Ad tres viros ego deferam tuũ nomen. Cicero pro Cluẽtio: Atque vt intelligatis Cluentiũ nõ accuſatorio animo, non

non oſtentione aliqua aut gloria adductum, ſed nefarijs inſidijs propoſito ante oculos vitæ periculo, nomen Opianici detuliſſe, paulò longiùs exordium cauſa rei demonſtrandæ petam. Idem in Verrem: Ego ſic intelligo iudices, cum de pecunijs repetundis nomen cuiuſpiam deferatur. Ibidem. Nomen hominis audaciſsimi detuli. Idem pro M Cælio: Niſi iterum eadē de re ſuo familiari abſoluto nomen hic detuliſſet idem pro Cluentio: Et clariſſima voce ſe nomen Oppiniaci, ſi interfectum Marcum Aurium comperiſſet, delaturum eſſe teſtatur. Ibid. Nam Cluentius iudices primū nomen eius detulit. idem Quinto Ciceroni: Paulus noſter cùm teſtis productis eſſet in Sextium, confirmauit ſe nomen Vatinij delaturum. idem in Verrem: Eiuſdem rei nomen detulerunt. Ibidem: Ait, ſi liceret, nomē abſentis deferre ſe velle. Ibid. Nuper cùm Publium Gabinium vir fortiſſimus, & innocentiſſimus, Lucius Piſo delationē nominis poſtularet. Cicero pro domo ſua: Nomen Sexti Pompeij detulit. Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Qui Sexti Roſcij nomen deferendum curauit. Idem pro L. Murena. Dixi in Senatu me nomen conſularis candidati delaturum.

DESCRIBERE, EXSCRIBERE.

Deſcribere quid ſignificet, omnes norunt: neque enim nos manifeſta, ac in propatulo poſita, vano labore tentamus, ſed latentia, & minùs vulgaria quæ pauci curauêre, in lucem proferimus, vt hac noſtra induſtria non inanem oſtentationem,, verùm aliquam literariæ Reipublic. vtilitatem quæſiſſe videamur. Eſt enim alio dicendi modo deſcribere, & exſcribere, id quod ineptiſſimè, ac barbarè potiùs, vulgò copiare dicitur, vel tranſumere, aut tranſcribere, nouis & inuſitatis verbis, quæ qui imitantur, latinitate omni penitus indigni ſunt. Cicero Cornificio: Dicam tuis, vt eum librum, ſi velint, deſcribāt. Idem Attico: Quem librum ad te mittam ſi deſcripſerint librarij Eidem: Poëta ineptus, & tamen ſcit nihil, ſed eſt non inutilis, deſcribo, & remitto. Eidem: Dicta eius, & conciones deſcribunt. Eidem: Epiſtolam meam, quod pro mulgatā ſcribis eſſe, non fero moleſtè, quinetiā ipſe multis dedi deſcribendam. Ad eundē: Varroni quidem, quæ ſcripſi te autore, ita propero mittere, vt iam Romam

miſerim deſcribenda, & ſubdit. Scripſi enim ad librarios, vt fieret tuis, ſi tu velles, deſcribendi poteſtas. Idem in Verrem: Quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. Idem in Antonium: Literas tibi ille mittat de ſua ſpe rerum ſecundarum ſuarum, tu eas lætus proferas recites, deſcribendas etiam des improbis ciuibus. In Verrem: Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo, adhibentur in exſcribendo de conuentu viri primarij. Idem in Academicis quæſtionibus: Qui ſe illa audiuiſſe Romæ de Philone, & ab eo ipſo illos duos libros dicerent deſcripſiſſe. Titus Liuius ab vrbe condita: Iuſſi inclytas Solonis leges deſcribere. Paulus: Quemadmodum teſtamenta & cætera, l. Omnibus: Quicunque dederant tabulas teſtamẽti inſpicere, vel etiã deſcribere, inſpiciendi, deſcribendiq́; poteſtatem facturum ſe Prætòr pollicetur. Vlpianus eodem titulo, l. Tabularum: Diem autem & conſulem tabularum non patitur prætor deſcribi, vel inſpici: id circo ne quid etiam fiat falſi.

DISCEDERE, RECEDERE à conditione.

DIſcedere, Recedere à conditione, à perſona, à ſtatu id eſt, quod immutare conditionem, perſonam, ſtatum. Cic. de Officijs: Hoſtis, quem nunc peregrinum dicimus, quanquam id nomen durius effecit iam vetuſtas, à peregrino enim receſſit. Modeſtinus de vſufructu, l. Titio: Vſusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à perſona ſua diſcedere incipit.

DARE BIBERE, MISCERE.

NOn multi (vt reor) aduerterunt, quónam modo propriè, atque vno verbo Latinè dicatur. Dare bibere, vel Dare potum, quod Græcanico verbo aliqui inpropriè Propinare dicunt, cũ Propinare præbibere ſit, vel prægustare, & id verbum diuerſis modis quandoque proferatur. Sed nos cùm latinè loqui curamus, Latina potiùs adducimus. Miſcere igitur prærer alia ſignificata vno verbo, id eſt, quod duobus verbis dicitur, Dare bibere. Vtrunque tamen elegans. Terent in Andria. Poſt deinde quod iuſſi, ei date bibere. Cato de ruſt. Bis in die id faciet, meridie bibere dato. Cicerò de finibus bonorum & malorum: Dico ergo in eadem voluptate eum qui al-
teri

teri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, & eum qui illud ſitiens bibat.

Ouidius in Metamorphoſi:

Arripit Iliaden qui nunc quoque pocula miſcet,
Inuitaque Ioui nectar Iunone miniſtrat.

DIFFERTVM, CONFERTVM, AFFERTVM.

DIffertum & confertum inter ſe differunt: nam differtum id eſt, quod refertum: vtrunque enim plenum ſignificat. Confertum verò id eſt, quod denſum Sed confertum & refertum à ſuis verbis Refercio & Confercio deſcendere comperi. Differtum autem verbum non comperi Cicero pro P. Sextio: Meminiſtis tum iudices corporibus ciuium Tiberim repleri, cloacas referciri. Varro de re ruſt. Quo facto non modò non deſiſtunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes.

Differtum.

Horatius in Sermonibus.

Inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Idem in Epiſtolis:

Differtum tranſire forum, populumque iubebat.

Confertum, Confertiſſimum & Confertim aduerbium.

Cæſar in Commentarijs: Vt nunquam cõferti, ſed rari, magniſq; interuallis prœliarentur. Ibidem: Neque à tanta multitudine coniecta tela conferti, vitare poterant. Titus Liuius de bello Punico: Alij ad exitus theatri conferti exiſtunt. Idem ab vrbe condita: In confertos Veniẽtes euntem ferox viribus transfigit. Idem de bello Punico: Cæteros confertos in media valle recepit. Ibidem: Deinde rari in confertos illati. Idem de bello Macedonico: Turba conferta iter clauſit.

Confertiſſimum.

Cæſar in Commentarijs. Qua parte hoſtium acies confertiſſima viſa eſt, erupit. Titus Liuius ab vrbe condita: In confertiſſima turba prope regium Tribunal conſtitit. Ibidem: Eò ſe in turbam confertiſſimam recipit. Idem de bello Punico: Per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit.

Refertum.

Titus Liuius de bello Punico: In agrum Picenum auer tit iter refertum præda.

Confertim aduerbium.

Titus Liuius ab vrbe cond. Cùm confertim Romani, vt ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis. Idem de bello Punico: Quo acriùs & confertim magis vtrinque pugnabatur. Idem de bello Macedonico: Confertim pugnant & cedunt.

Dare negotium.

Dare negotium, id eſt, quod multi ineptè dicunt, Committere, modus eſt loquendi feliciſſimi illius temporis, memoriæ cum alijs mandandus. Cic. in Verrem: Dat amico ſuo cuidam negotium, qui tum magiſter erat eius ſocietatis, vt diligenter caueret. Saluſtius in Catilina: Igitur P. Vmbreno cuidam negotium dat, vti legatos Allobrogum requirat. Lentulus Ciceroni: Permiſſum eſt ijs, vt dum ipſi venirent, darent negotium qui Aſiam obtineant. Idem Rufo: Non habui cui potiùs id negotij darem, quàm tibi.

DARE POENAS.

DAre pœnas, id eſt, quod vulgò dicunt, Fecit pœnitentiam: ſed hic modus loquendi obſeruandus eſt.

Virgilius:

Dabis improbe pœnas.

Lentulus Cice. Spero celeriter eum pœnas daturum.

Dare auribus.

Dare auribus, hoc eſt, adſentari, blandiri. Trebonius Ciceroni: Noli putare, mi Cicero, me hoc aurib⁹ tuis dare.

Dare ſe in pedes, Dare ſe in viam.

Dare ſe in pedes, Dare ſe in viam, modus eſt loquendi illorum veterum, hoc eſt, pedibus fugam agere, & ad iter ſe parare. Poſteri hunc quoque modum, vt pleraque deprauârunt. Plaut. in Captiuis: Méne vis dem ipſe, in pedes? Terentius in Eunucho: Ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quendam deſertum indo. Cicero Terentiæ: In viam quod tu des hoc tempore, nihil eſt.

DII FACIANT.

DIi faciant, optantis eſt, & hic modus loquendi perquàm elegans eſt, ſignificat id, quod Vtinam. Cicero in Verrem: Dij faciant vt rei militaris, vt belli mentionem

facere

facere audias.

Dij meliora.

Dij meliora, modus optandi imperfecto ſermone, ſed modus loquendi ita obtinuit. Titus Liuius de bello Macedonico: Perturbata, dij meliora inquit.

De meliore nota commenda.

De meliore nota commenda, modus dicendi illius erat ditiſſimi ſeculi. M. Curius Ciceroni: Sulpitio ſucceſſori nos de meliore nota commenda. Catulus. Quiſquis de meliore nota.

Diſſimulare.

Diſſimulare, inter cætera eſt fingere, non intelligere, quæ dicuntur vel aguntur. Cicero Attico: Itaque meipſum commouerat, ſic abſurdè & aſperè verbis vultuque reſponderat, diſſimulaui dolens.

AEDIFICARE NAVEM.

AEdificare nauem, ferè abſurdum, aut nouum multorum auribus videtur, eſt tamen dicendi modus apud veteres vſitatiſſimus. Plautus in Mercatore: Aedificat nauem gerariam & merces emit. Cicero in Verrem: Nauem verò maximam triremis inſtar pulcherrimam, atque ornatiſſimam, palam ædifibatam ſumptu publico ſciente Sicilia per magiſtratum, ſenatumque Mamertinum tibi datam, donatamque eſſe dico. Ibidem: Legati principis, & publicè tibi nauem ædificatam, & priuatim ſeipſos abs te ſpoliatos, expilatoſque eſſe dixerunt. Ibidem: Qui nauis iſtius ædificandæ publicè præfuit. Ibidem: Nauem denique maximam, quam onuſtam furtis in italiam mitteret, apud iſtos faciendam ædificandamque curauit. Eidem: Aedificauerint-ne nauem onerariam? Eidem: De tua pecunia conſtare ædificatum eſſe eam nauem. Idem pro lege Manilia: Qui poſteaquàm maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes. Cæſar in Commentatijs: Imperat quos legionibus præfecerat, vtiquàm plurimas poſſent naues ædificandas, vetereſque reficiendas curent.

ES ET ADES.

ES, & Ades, indicatiuum & inperatiuum eſt, ſed imperandi modo ab antiquis voce Es frequẽtiùs, quàm Sis dicitur: quod iam in deſuetudinem per negligentiam venit. Terentius in Andria. Adeſdum, paucis te volo.

Idem in Adelphis: Modò bono animo es, duces vxorem hanc. Reſpondetur, bono animo es inquis? Cicero in ſomnio Scipionis: Quem vt agnoui, corrui, ſed illo ades, inquit, animo, & omitte timorem. Virgilius.

Huc ades ô Galathea. Horatius:

Si me amas, inquit, paulùm huc ades.

EXTRA IOCVM.

EXtra iocum dicebatur à veteribus cùm quid ſerio, nõ ioco dicere ſe velle dicebant, modus eſt dicendi pulcherrimus. Cicero Trebatio: Sed me hercle extra iocum, homo bellus. Idem Caio Volumnio: Sed me hercle extra iocum valde mihi tuæ literæ facetæ, eleganteſque viſæ ſunt. Idẽ Peto: Sed hercle mi Pete, extra iocum moneo te.

Exacta.

Exacta dicebantur perfecta. Horatius:

Sed emendata videri,

Pulchraque & exactis nimium diſtantia miror.

ESSE CVRAE, VOLVPTATI, *ſolicitudini &c.*

ESſe curæ, eſſe voluptati, eſſe ſolicitudini, eſſe ſolatio, eſſe letitiæ, eſſe impedimento, eſſe lucro, eſſe damno, eſſe ſumptui, eſſe ſaluti, eſſe vſui eſſe honori & huiuſmodi loquendi modi, maximam orationi adferunt elegantiam. Plautus in Ciſtellaria: Multiſque damno, & mihi lucro ſine ſumptu eris. Ibidem. Quæ neque illa illi quicquam vſui fuit. Varro de re ruſt. Vt domino ſint fructui ac delectationi. Cicer. in Bruto. Iſtum ipſum quidem inquam Brute, dico librum mihi ſaluti fuiſſe. Ibidem Quod tibi aut nouum, aut tanto vſui poſſet eſſe? Idem Senatui populoque Romano: Quod mihi maximæ lætitiæ fuit. Idem Catoni: Mihi vt in huiuſmodi re tanto bello maximæ curæ eſt. Idem Tironi: Magnæ nobis eſt ſolicitudini valetudo tua. Eidem. Cupiditas cæterarum hominum impedimento mihi fuit. Idem pro Lucio Cornelio Balbo: Et magno vſui noſtræ Reipuplicæ fuiſſent.

Vrgilius:

Non erit auxilio nobis Aetholus & arpi,

At Meſapus erit.

MIT

MITTERE SVBSIDIO, VENIRE auxilio, relinquere præſidio.

MIttere ſubſidio, venire auxilio, & relinquere præſidio, obſeruandum maximè eſt, elegantia non parua, inſigne. Cæſar in Commentarijs: Legiones, quas præſidio noſtris miſerat. & paulò poſt: Quos tibi ſubſidio reliquerat.

EXCLVDI TEMPORE, AVT temporis ſpacijs.

EXcluſum tempore, aut temporum ſpacijs, id quod nos nouum modum introducentes, dicimus impeditum, veteres illi vno, eodemque modo dixêre, quod pauci hactenus (vt arbitror) obſeruauerunt. Cice. in Verrem: Anguſtijs temporis excluduntur omnes. Idem Attico: Quæ enim ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. Idem in Verrem: Hi poſtquam temporibus excluſi, per Senatum agere quæ voluerant, non potuerunt. idem de Oratore: Aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati. idem in Vatinium teſtem: Vt excluſus miſer puncto temporis, ſpoliaretur beneficio & æquitate legis. Cæſar in Commentarijs: Ne anni tempore nauigatione excluderentur. ibidem: Tempore excluſus non venit. ibi. Excluſus diei tempore, in poſterum expugnationem differret.

Virgilius:

Spatijs excluſus iniquis.

Pomponius de ædilitio edicto, l. Si tamen: Non nocebit emptori, ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra annum æſtimatoria agere. Papinianus ad Senatuſconſultum Turpilianum, l. Quærebatur an ij, qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in Senatuſconſultum Turpilianum inciderent? & ſubdit: Qui præſcriptione temporis excluſi cauſam adulterij perferre potuerunt. idem de Decurionibus, l. Spurij: ſi præſcriptione temporis excluſus fuerit, non tenebitur. Paulus de inofficioſo teſtamento, l. ſi proponas. Idemque erit ſi tempore excluſus ſit. Iulianus de bonis libertorum, l. ſi libertus: ſi non petierit bonorum poſſeſſionem, tempore excluſus, vel repudiauerit.

QVid ſit ex ſententia, & ex animi ſententia, ex animo, trito ferè dicendi modo in promptu eſt, idque ſigni

ſignificat,quod ex voluntate,ex deſiderio,ex iudicio.Sed aliqui noue & inepte(omiſſa eiuſmodi elegantia)ad votum dicunt.Præter ſententiam autem,id eſt, quod contra voluntatem vel opinionem,vel deſiderium.

Ex ſententia.

Plautus in Captiuis:Si reueniam huc ex ſentẽtia Idem in Mercatore: Nocte hac quieui non ſatis ex ſententia. Terentius in Hecyra: Spero hanc rem euenturam nobis ex ſententia.Cicero Furnio:Si non iſta ex ſententia eſſent confecta.Idem de Officijs:Non enim falſum iurare peierare eſt,ſed quod ex animi tui ſententia iuraris. Saluſtius in Iugurtha:Nam me quidem ex animi ſententia nulla oratio lædere poteſt. Cicer.in Academicis quæſtionibus: Conſcendens nauem ſapiens, num comprehenſum animo habet,atque perceptum ſe ex ſententia nauigaturum? Idem de natura deorũ:Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus,multa ſomnijs,multa portẽtis,quibus cognitis,multæ ſæpè res ex hominum ſententia atq; vtilitate parta,multa etiam pericula depulſa ſunt.

De ſententia.

Cicero Attico:Quid ſentis igitur?Nihil niſi de ſententia tua.Eidem: Scribanque ad Cæſarem me quicquid fecerim,de ſua ſententia feciſſe Idem in Verrem: De cõſilij ſententia iudicaras. Ibidem: Et de conſilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat.

Præter ſententiam,& aduerſus animi ſententiam.

Plautus in Mercatore: Omnia mihi eueniunt hodie præter ſententiam.Ibidem:Vt ne litiges aduerſus animi ſententiam.

Ex animo.

Cicero in Piſonem: Equidem dicam ex animo quod ſentio Idem Attico: Te autem alienum hominem ament ex animo?Idem Cornificio:Huic tu libro maximè velim ex animo,ſi minus grauæ cauſa ſuffragare.

Catullus:

Atque id ſyncerè dicat,& ex animo.

MEA SENTENTIA, MANERE in ſententia.

MEa ſententia,manere in ſententia,de ſententia deducere,ſententia deſiſtere,in ſentẽtia eſſe,& huiuſmodi

eleg

elegantiſſimi dicendi modi obſeruandi præcipuè ſunt. Cicero in Bruto: Quem verò exter, & de quo ſit memoriæ proditum eloquentem fuiſſe, & ita eſſe habitum: Primus eſt M. Cor. Cethegus, cuius eloquentia eſt autor: & idoneus quidem mea ſententia, Q. Ennius. Idem Attico: Planè mihi hoc explices velim, in primis maneás ne in ſententia, vt mittam ad eum quæ ſcripſi, an nihil neceſſe putes. Eidem: Quid enim noſtri optimates (ſi qui reliqui ſunt) loquentur? an me aliquo præmio de ſententia eſſe deductum. Idem in Academicis quæſtionibus: Cœpit hortari, vt ſententia deſiſterem. Idem Attico: Me miſerum quàm omnia eſſent in ſententia, ſi nobis animus, ſi conſilium, ſi fides eorum, quibus credidimus, non defuiſſet.

QVot dicendi modi, quámue eleganter, & appoſitè ab hoc nomine Aetas, quaſi candidiſſimi riuuli à quodam Latinitatis fonte deducuntur? quorum nonnullos hauſi, infraque deſcripſi, vt ad manum ſint imitatoribus.

Acta ætas.

Plautus in Trinummo: Mihi quidem ætas acta eſt. Cicero de ſenectute: Sed honeſtè acta ſuperior ætas, fructus præbet autoritatis extremos.

Exacta ætas.

Terentius in Adelphis: Nunc exacta ætate hoc fructu pro labore ab ijs fero odium. Cicero de Oratore: Aetate exacta, indignè librum lacerasti. Idem de ſenectute: Cùm eſſet iam exacta ætate in agris, eoſque coleret. Idẽ in Verrem: Patri exacta ætate. Ibidem: Hoc tantum exacta ætate laboris itinerisque ſuſcepit Titus Liuius ab vrbe cõdita: Venerabilis viri, & exactæ iam ætatis. Ibidem. Aetatis iam exactæ Camillus erat.

Affecta ætas.

Cicero de Oratore: Q. Mutij ianua & veſtibulum quod in eius infirmiſſima valetudine, affectaque iam ætate, maxima quotidiè frequentia ciuium, ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.

Senecta ætas.

Plautus in Trinummo: Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer. Idem in Mercat. Senecta ætate ſcortari ſenes. Idem in Aulularia: Quem ſenecta ætate ludos faciat haud merito meo.

Prouecta ætas.

Cicero in Tuſculanis: Ex ijs igitur, hora octaua, quæ mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt.

Præcipitata ætas.

Marius Ciceroni: An quod adoleſcens præſtiti, cùm etiam errare cum excuſatione poſſim, id nunc ætate præcipitata communem, ac me ipſe retexam?

Adulta ætas.

Cicero in Verrem: Adulta ætate filius.

Confectus ætate.

Virgilius: Confectum ætate parentum. Cæſar in Commentarijs: Non ætate confectis, non mulieribus, & nó infantibus pepercerunt.

Ingraueſcente ætate.

Cicero de Amicitia: Immutari etiam mores hominum ſæpè dicebat, alios aduerſis rebus, alios ætate ingraueſcente.

Ineunte, & ab ineunte ætate, & adoleſcentia.

Cicero pro L. Cornelio Balbo: Et ab ineunte ætate, relictis ſuis rebus omnibus, nullius periculi expertem fuiſſe. Idem pro Deiotaro: Quibus ille ſtudijs ab ineunte ætate ſe imbuerat. idem in Vatinium teſtem: Atque illud tenebricoſſimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere. idē pro lege Manilia: ineunte adoleſcentia, maximi ipſe exercitus Imperator.

Sic etiam dicitur, Ineunte vere, æſtate, hyeme

Cicero de Officijs: itaque ineunte vere ex ijs, quæ relicta ſunt, &c. Ibidem: in eunte ætate ſuſcepit, media æſtate confecit. idem in Antonium: Cùm ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet. idem de Amicitia: Atque earum rerum exemplum & ſimilitudinem capiebat ineuntis ætatis. idem pro lege Manilia: Sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerunt. Cæſar in Commentarijs: Duas legiones in citeriorem Galliam nouas conſcripſit, & ineunte æſtate in interiorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum miſit. Idem pro rege Deiotaro: Commendationemq́ue ineuntis ætatis ab impietate à ſcelere duxerit?

Viuere ætatem.

Plautus in Amphitrione: Eo modo, vt profecto viuas ętatem miſer. Cicero in Catone maiore de Neſtore: Tertiam enim

enim ætatem hominum viuebat.

Degere ætatem & vitam.

Plautum in Ciſtel. Quia ego illũ mihi vnum exoptaui, qui cum ætatem degerem. Cicero pro P. Sylla: Vt cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdiſſimam, vitam, & miſerrimam turpiſſima morte propoſita degeret. Idem pro Roſcio: Per ſe liceat innocenti amicorum opibus vitam in egeſtate degere. ibidem: inter feras ſatiùs eſt ætatem degere.

Agere ætatem.

Plautus in Trinummo: Vtra in parte plus voluptatis ſit vitæ ad ætatem agendam. ibidem: Cuncti qui ætatem egerunt caſtè, conueniant. Idem in Milite: Vbi pulcherrimus egi ætatem, inde abeo. Idem in Bacchidibus: Hîc noſtra agetur ætas. Idem: Si non mecum ætatem egiſſet, hodie ſtulta viueret. Cicero Trebatio: Qui domi, aut per inſidioſa loca iturus, aut ætate confectus, ætatem agerent. Cicero in Bruto de Theophraſto: Cùm percontaretur ex auicula quadam, quanti aliquid venderet, & reſpondiſſet illa, atque addidiſſet, hoſpes non potes minoris, tuliſſe eum moleſtè, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cùm ætatem ageret Athenis.

Exigere ætatem.

Plautus in Trinummo: Dedi meam gnatam, quæ cum ætatem exigat. Idem in Ciſtellaria: Vnum amare, & ætatem cum illo exigere. ibidem: Tecum viuere vult, atque ætatem cum illo exigere. idem in Milite: Tecum vt ætatem exigere liceat.

Sic etiam in paſſiuo, Degitur vita, & Viuitur vita, dicitur.

Cicero de Finibus bonorum & malorum: Ea vita, quæ ex ſummo bono degitur. Ibidem: Beatam autem vitam eam ſolam, quæ cum virtute degatur. idem de officijs: Viuere arbitror, & eam quidem vitam, quæ eſt ſola vita vocanda. idem in Verrem: Quò tutiorẽ vitam ſeſe meo præſidio victuros eſſe arbitrarentur.

Ex vſu.

Ex vſu eſſe, hoc eſt, quod conducat, quod expediat, quod vtile ſit. Modus eſt elegans dicendi. Terentius in Eunucho: Ad omnia hæc, magis oportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt. idem in Heautont. Nunc, ait, periculum ex alijs

ex alijs facito, tibi quod ex vſu ſiet. Plautus in Mercatore: Verum non ex vſu modò eſt.

EDORMIRE CRAPVLAM., INdormire cauſæ, exhalare crapulam.

EDiſcendus & hic elegans dicendi modus: Edormire cum accuſatiuo, Indormire cum datiuo: quos princeps bonarum literarum Cicero vno eodéque loco concluſit. Cicero in Philippicis: Edormi crapulam inquam, & exhala: an faces admouendæ ſunt quæ te excitent tantæ cauſæ indormiẽtem? Plautus in Rudente: Vt edormiſcam hanc crapulam, quam potaui. Idem in Moſtella. omnemque edormiui crapulam. Idem in Amphitrione: Pauliſper mane dum edormiſcat vnũ ſomnum. Terentius in Adelphis: In angulum aliquò abeam, atque edormiſcam hoc villi. Cicero in Verrem: Quondam etiam Aproniani cõuiuij crapulam exhalaſſent.

EXTRAHERE DIEM, IVDICIVM.

EXtrahere diem, extrahere iudicium, eo loquendi modo priſci illi veræ latinitatis proceres vtebantur, cùm diem, vel iudicium trahi in longum, aut differri ſignificare volebant. Cæſar in commentarijs: Catonẽ verò acerrimè repugnantem, & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahentem, vt ſui ratio abſentis haberetur. Ibidem: Sic triduum diſputationibus, excuſationibuſque extrahitur. Titus Liuius ab vrbe condita. Cunctanto extraxerunt diem. idem de bello Punico: Extracta tamem autoritatibus ſenatorum per aliquot dies res eſt. idem ab vrbe condita: Res in annum extrahitur. Ibidem: Extractum in tertium annum bellum eſt. ibidem: Eetxacta vtraque res in conſulum aduentum eſt. idem de bello punico: Extraxi rem in ſuum aduentum iuſſit. idem ab vrbe condita: Quibus cùm extrahi æſtatem poſſe crederent. ibidem: Extrahi tamen diutiùs certamen potuiſſet. Paulus ad exhibend. l. Si optione intrà certum tempus data iudicium extractum eſt in id tẽpus, quo fruſtrà exhiberetur.

Ecce, cum Tibi, conſtructum.

Ecce, huic aduerbio ferè ſemper Cicero, & alij eius ſecul

ſeculi latinitatis principes. *Tibi* addiderunt: Vt Ecce tibi, quod adhuc Romani vulgò obſeruant: Cicero ad Atticũ: Epiſtolam cùm à te timidè expectarẽ veſperum (vt ſoleo) ecce tibi nuncius pueros veniſſe Romam. Ad eundẽ: Cùm hæc maximè ſcriberem, ecce tibi Seboſius. Ad eundẽ. Miſeram ad te nono Calendas exemplum epiſtolæ Balbi ad me, & Cæſaris ad eum: ecce tibi, eodem die Capuæ literas accepi à Q. Pædio. Idem: Ecce tibi, & Bruti, & tuæ literæ. Ouidius de arte: Ecce tibi ſimilis. Cicero de Officijs: Ecce tibi, qui rex populi Romani dominuſque omniũ gentium eſſe concupierit. Idem pro Cluentio: Ecce tibi eiuſmodi ſortitio.

Eſſe malo, Eſſe bono.

Cicero pro Cluentio: Poſtremò id, quod maximo malo illi cauſa fuit, hoc ipſo in loco, quaſi reus ipſe eſſet, ſedebat. Ouidius de Nuce: Præda malo Polidore fuit tibi Cicero pro Milone: Itaque illud Caſſianũm, cui bono fuerit, in his perſonis valebit.

ESSE NVMERO HABERI NVMERO.

ESſe numero, & haberi numero. Var. de re ruſtica: Minùs ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi à domino. Cicero in Philippica: Homo nullo numero, nihil illo contemptius.

EXCEPTO.

EXcepto quòd, modò hoc loquendi vtebantur antiqui in eadem ſignificatione, qua præterquam. Ouidius de Ponto: In quibus, excepto quòd iuuet, inuenies. Horat. Excepto quòd non mecum eſſes cætera lætus.

AESTIMARE LITEM.

INcidi etiã ſæpenumerò in eum modum loquendi, quo probatiſſimi quique autores vſi ſunt. Aeſtimare enim litem & litis æſtimatio, frequenter apud eos dictum, quòd cùm diligenter rimatus eſſem, comperi Aeſtimare litem eſſe, videlicet, dum controuerſia inter aliquos erat, & iudicis vel alterius arbitrio reus condemnabatur, vt tantũ ſolueret, quanti ipſe legitimè æſtimaſſet. Quãdoque etiã capitis lis æſtimabatur: vt infrà oſtenditur. Cicero in Verrem: De litibus æſtimatis Gnei Dolabellæ pecuniæ redactæ. Ibidem: De litibus æſtimatis Gnei Dolabellæ: Ibidẽ.

Sextertijs decem & octo lis æſtimata eſt. Ibidem: Quod de pecunijs repetendis lis æſtimata ſit. Cæſar in Commentarijs: Arbitros inter ciuitates dat, qui litem æſtiment, pœnamque conſtituant. Paulus de ſolutionibus, l. Stichum: Si poſſeſſor corpus, aut litis æſtimationem præſtitit, ea res tibi proderit. Aſconius Pædianus: Quid eſt reum fieri, niſi apud Prætorem legibus interrogari? Cùm enim in ius ventum eſſet, dicebat Accuſator apud Prætorem reo: Aio te Siculos ſpoliaſſe, Si tacuiſſet, lis æſtimabatur vt victo: Si negaſſet, petebat à magiſtratu dies inquirẽdorum eius criminum, & inſtituebatur accuſatio. Idem: Lis æſtimata ſit hoc eſt, pecunia, de qua lis fuit, & propter quam condemnatus eſt, in ſummam redacta, quæ de eius rebus exigeretur. Idem: Ita ſe habet, vt ſi conuictus reus ſit atque damnatus pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt in precium redactis omnibus furtis, quam ſumma pecunię proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Neratius depoſiti, l. Si fideiuſſor pro te, apud quem depoſitum eſt in litis æſtimatione damnatus ſit, rem tuam fieri. Idem eodem titulo, l. Litem à Iudice æſtimari debere. Iulianus de actione rerum amatorum, l. Si propter res amotas egero cum muliere, & lis æſtimata ſit, an actio ei danda ſit? & ſubdit: Reſpondi, qui litis æſtimationem ſuffert, emptoris loco habendus eſt. Cicero pro Cluentio P. Septimio Scæuolæ litem eo nomine eſſe æſtimatam. Ibid. Quibus damnatis de pecunijs repetundis lites eſſent æſtimatæ.

Aeſtimare capitis.

Cicero pro Cluentio: Pugnatum eſt, vt lis hæc capitis æſtimaretur.

Euello facit Euelli, non Euulſi.

Euello in præterito apud bonos autores Euelli facit, non Euulſi, vt aliqui recentiores voluerunt. Cicero pro P. Sextio: Qui in concione palàm dixerint linguam ſe euelliſſe M. Catoni. Idem in Verrem: Crucem, quæ etiam nũc ciuis Romani ſanguine redundat, quæ fixa eſt ad portum vrbemque veſtram, reuelliſtis. Ibidem: Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus reuellit, atque abſtulit.

Virgilius.

Non patris Anchiſæ cineres, manesúe reuelli. Idem:
Tellumque alta radice reuellit. Idem:
Et quos Sidonia vix vrbe reuelli,

Rurſus

Rurſus agam pelago.
Cicero in Verrem: Tum illa ex patellis & thuribulis, quæ euellerat, ita fortè in aureis poculis illigabat. Plautus in Amphitrione: Næ ego homo infelix fui qui non alas interuelli. Cicero de Oratore: omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euelliſſet vis orationis tuæ.

Ouidius de amoribus:
Prima iugis tauros ſupponere colla coëgit:
Et veterem curuo dente reuellit humum

EXTRA, ABSQVE.

ADuerti, extra & Abſque, elegantèr poſita eſſe loco Præter: quod iam pridem ab omnibus paſſim præteritum eſt Plautus in Amphitrione: Nemo extra vnũ te. Terentius in Phormione: Neque cognatus extra vnam aniculam quiſquam aderat. Idem in Hecyra: Quàm fortunatus ſum cæteris in rebus, abſque vna hac Cicero in Catilinam: Nemo eſt extra iſtam coniurationem proditorum hominum, qui te non metuat. Idem in Verrem. De te Cecili iam me hercle hoc extra hanc contentionem, certamenq́ue noſtrum familiariter tecum loquar. Idem Mario: Extra ducem paucoſq́ue prætereà de principibus loquor, reliqui primum in ipſo bello rapaces. Varro de re ruſtica. Prætereà extra familiam debuit dicere Villicum & Villicam. Cicero pro domo ſua: Ciuis eſt nemo tanto in populo, extra contaminatam illam, & cruentam P. Clodij manũ qui rem illam de bonis attigerit. Titius Liuius ab vrbe condita. Ipſos, liberoſq́ue eorum, & coniuges vendendas, extra filias quæ nupſiſſent. Ibidem: Calatinos, Sabinos, extra quàm qui eorũ, aut ipſi, aut parentes eorũ apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt. Ibid. Extra hanc multitudinẽ Hiſpanorum obſides erant. Ibid. Extra prædam quatuor milia deditorum habiti.

ECQVID ET ECQVAE.

ATtendant quæſo bonarum literarum ſtudioſi: vel ad minima quæque diuini illius erud itiſſimiq́ue ſeculi. Nuſquã enim tota magis elegantia verſatur, quàm apud has paruas clauſulas, quibus quaſi clauiculis cõpacta Latinitas ſuſtinetur.

Ec particula, à nullis (vt reor) Grāmaticis tractata multa cùm venuſtate interrogat. Eſt enim per modum quendam loquendi in Latinitatem inducta. Plautus in captiuis Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omnium nouerit. Idem in Rudente: Heus ecquid in villa eſt? Ecquis recludit? ecquis prodit? Idem in Sticho: Dum percontor portitores, ecquæ nauis venerit ex Aſia? Idem in captiuis: Percontabor ecquis adoleſcentem nouerit? Idē in Mercatore: Ecquam aduexiſti tuę matri ancillā à Rhodo? Terent. in Eunucho: Ecquid nos amas de fidicina hac. Idē in Eunucho: O populares, ecquis viuit me hodie fortunatior? Cicero in Verrem: Negocium dat illis ſuis comitibus nequiſſimis turpiſſimiſque hominibus, vt videant, & inueſtigent, ecquæ virgo ſit an mulier digna quam ob rem iſte Lampaci diutiùs commoraretur? Idē: Nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi poſſe, quò minus experirētur, ecquid apud eos querimoniæ valerent antiquiſſimorum, fideliſſimorūque ſociorum. Idem Attico: Quòd quæris, Ecquæ ſpes pacificationis ſit? quantum ex Pompeij multo & accurato ſermone perſpexi, ne voluntas quidē eſt. Ibid. A Curione velim ſcire ecquid ad te ſcriptū ſit de Tirone? Idē in Academicis quæſtionibus. Ecquæ poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio? Idē in Vatinium teſtē: Deinde interrogares, ecquóſnā alios poſſet nominare? Cic. Attico. Quæſo, ecquod tantū malū putas, quod in mea calamitate nō ſit? Eidē: Ecquis vnquā tam ex amplo ſtatu, tam in bona cauſa, tantis facultatibus ingenij, conſilij, gratiæ, tantis præſidijs bonorum omnium concidit? Virgilius:

Ecquid in antiquam virtutem animoſque viriles.
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?

Idem:

Et quæ nam puero eſt amiſſæ cura parentis.

Catullus:

Ecquid nam in tabulis patet Lucelli expenſum?

Titus Liuius ab vrbe cōdita: Ecquid ſentitis vos Quirites? Idē de bello Punico: Reſpondent, ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo ex quinque & triginta tribubus ad Hannibalem tranſugerit? Ibid. Ecquos legatos ad Hannibalem Romani miſerint de pace? Ecquam denique mentionem Romæ factam eſſe? Idem ab vrbe condita. Ecquid præſidij vnquam habueris?

ecquem in caſtris conſulem? ecquē exercitum iuuentutis? Ibidem: Ecquis ſequeretur eorū? Idem de bello Macedonico: Percontatus eſt, ecquā anum Ebutiā ex Auentino noſſet? Cicero pro lege Manilia: Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuiſſe, quæ locuples ſit? Idem pro Cluentio: Videamus ecquid aliud iudiciū, quod pro Cluentio ſit, proferre poſſimus.

EXAVDIRE.

QVanta, bone Deus, confidentia multos, & eos nō omnino in latinitate ſpernendos cepit in compoſitione huius verbi *Exaudio*? putant enim, & pro comperto habent differentiam eſſe inter illud, & Audio. Nam Audire ſimpliciter dici, Exaudiri autē quod auditur, admitti credunt, vt ſi dicas: Oraui vt meas audiret preces, at ille non modò id libenter fecit, verumetiam eas exaudiuit. Quam differentiam, etſi à multis fieri plerique intelligunt, nō tamen (quod ſciam) vera eſt, quin potiùs idem omnino vtroq; verbo ſignificari, qui, quas infrà ſcripſi autoritates legerit, liquidò deprehendet. Cicero ad Senatum de reditu ſuo Vt qua voce te Romule poſt vrbem conditam conſul vſus eſſet pro vniuerſa Rep. publi. apud eos ſolùm, qui eius vocem exaudire poſſent.

Virgilius.

Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare
Verbera. Ibidem:
Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum,
Vincula recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum.
Idem:
Vox quoque per lucos vulgò exaudita ſilentes.
Idem:
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
Idem:
Hinc exaudiri voces, & verba vocantis.
Viſa viri. Ouidius in Metamorphoſi:
Pyrame reſponde, tua te chariſſima Thiſbe.
Nominat, exaudi, vltuſque attolle tacentes.
Ibidem:
Tibi Neſſe biformis.
Dicimus exaudi, nec res intercipe noſtras. Ibidem:

Non auditi rubuerunt ſanguine Vatis. ibidem:
At in ædibus ingens
Murmur erat, voceſque hominum exaudiri videbat.
Horatius:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis,

EDere, præter alia ſignificata, quæ nota ſunt, modos occultiores habet loquendi. Dicitur enim Edere ſpiritum, quod eſt Agere animam. Edere ſcelus, quod eſt perpetrare. Edere ſtragem, quod eſt facere. Edere nomen, quod eſt dare. Edere ſonos, id eſt, proferre. Edere librum, hoc eſt, publicare.

Edere ſpiritum.

Cicero in Anto. Cuius in complexu libenter extremum vitæ ſpiritum êdiderim.

Edere ſcelus.

Ibidem: Poſteà quod ſcelus, quod facinus parricida non êdidit? Idem pro Publio Sexto: Tamen illi ſcelleri, quod in me illorum immanitas êdidit, haud ſcio an hoc rectè proximum eſſe dicam. Titus Liuius ab vrbe condita: Si quidquam ſceleris, quod homo in homines êdere poteſt, non prætermiſit.

Edere ſtragem.

Titus Liuius ab vrbe condita: Tantoque maiorem ſtragem êdidere, quàm inter hoſtes êdideret. Cic. ad Atticum Cùm is meo nomine ad inuidiam vteretur, Dij immortales, quas ego pugnas, & quantas ſtrages êdidi.

Edere nomen.

Titus Liuius ab vrbe condita: Vt redimendi poteſtas fieret, iuſſi nomina edere: & cum P.C. fermè ederent, Senatuſconſultum factum eſt, vt legati eos Carthaginenſibus redderent. Idem de bello Macedonico: Edit nomina eorum, quibus conuentis opus eſſet.

Edere ſonos.

Ouidius in Ibin:
Sedit in aduerſo nocturnus culmine Bubo,
Funereoque graues edidit ore ſonos. Virg.
Vix hæc ederet cùm effuſis imbribus atra:
Tempeſtas ſine mora furit.

Edere librum.

Cicero de diuinatione: Vnum librum Diogenes edidit, eius auditor duos Antipater. Idem de Fato: in ijs libris, quos

quos de diuinatione edidi. idem Attico: Vt me roget, vt Annales ſuos emendem, vt edam. Cicero pro P. Sylla. Nõ occultaui, non continui domi, ſed deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim, & peruulgari, atque edi Popu. imperaui.

Edere ſcriptum.

Cicero in Verrem: Ede mihi ſcriptum, quod Argenti in prouincia Siciliæ pararis, & ſubdit: Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere.

Edere prælium.

Titus Liuius de bello Macedonico: Regia ſtatio atrociſſimum prælium edebat. Idem ab vrbe condita: Memorabile illud edidit prælium.

Edere clamorem, & pugnam.

Ibidem: Edidit clamorem, vt auerteret etiam pugnantium animos. ibidem: Maior quàm pro numero hoſtium êditur pugna:

Edere munus gladiatorium.

Ibidem: Ad munus gladiatorium êdendum redijt.

Edere oracula.

Cicero de diuinatione: Sed quod caput eſt, cur iſto modo iam oracula Delphis êduntur?

Ibidem:

Oracula êdere putes.

Edere ignem.

Titus Liuius de bello Macedonico: Editus ab Hannibale ex compoſito ignis eſt.

Edere annos.

Ouidius de arte ãmandi

Dum licet & veros, etiam nunc êditis annos,

Edere cædem.

Titus Liuius ab vrbe condita: Deinde multa iam êdita cæde, ſeneſcit pugna.

Edere ſignum.

Ibidem: Edito è ſpeculis ſigno.

Edere exempla auaritiæ, & ſeueritatis.

Cicero Attico: Ede exemplum ſeueritatis.
Titus Liuius ab vrbe condita: Cùm multa auaritia fœde exempla êderentur.

Edere riſus.

Cicero Attico: Miros riſus vos êdere, cùm ille ignārus ſui comitatus repentè aperuit lecticam, & penè ille timore, ego riſu corrui.

Edere fœtus.

Cicero de Oratore: Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro non ſemel arato, ſed nouato, & iterato, quò meliores fœtus poſſit, & grandiores êdere.

Aeditißimum,

Titus Liuius ab vrbe condita: aedítiſſimam vrbis partem ſcandunt.

Edere iudicium.

Cicero pro P. Sylla: Sed tamen abs te Torquate quęro, cùm iudicatus tuus inimicus eſſet, & eſſet eius rei frequēs ſenatus, & recens memoria teſtis, tibi meo familiari, & conturbernali, prius etiam êdituri iudicium fuerint.

EST QVOD, NIHIL EST QVOD.

QVod multi, eſt opus, non eſt opus, non oportet, non expedit, aut quid oportet? bonis alioqui verbis, ac Latinis, ſed non ita aptis, aut appoſitis dicunt: perfecti illi Latini, eſt quod, nihil eſt quòd, aut non eſt quòd, aut quid eſt quod, dicebant. Plautus in Aulularia: Iam ad te reuertar, nam eſt quòd viſam domum. Terentius in Heautont. Nan nihil eſt illic quòd moremur diutius. Idem in Eunucho: Nihil eſt quòd dicas mihi querebam alium. Cicero Torquato: Nihil eſt quòd pro malis temporum moleſtè feras. idem Terentiæ: de familia liberata nihil eſt quod te moueat. Idem de Trebonio: Epiſtolæ copioſæ, & ſuauiter ſcriptæ, nihil eſt quòd multa reſpondeam. idem pro Sylla: Quare nihil eſt quòd ex tanto comitatu virorum ampliſſimorum me vnum abſtinebat: idem Attico: de ſerpiraſtris cohortis meæ nihil eſt quòd doleas. Eidem: Si nondum profectæ ſunt, nihil eſt quòd ſe moueant, quoad perſpiciamus quo loci ſit res. idem: De Britanicis rebus cognoui ex tuis literis nihil eſſe, nec quòd metuamus, nec quòd gaudeamus. idem in L. Piſonem: Nihil eſt quòd me inuites. idem Attico: De apuleio quid eſt quòd labores? ibidem: Tullum ſcribam nihil fuit quòd appellares. Eidem: Nihil eſt ſcilicet quod de Cotta cogitemus. idem ad Lentulum:

tulum: Dignitatem quidem illam conſularẽ fortis & conſtantis nihil eſt quòd cogitemus. Idem Q. fratri: Nihil eſt quòd vereâre, ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Idem de natura deorum: Tum Cotta ſi, inquit, liber Antiochi noſtri, qui ab eo ad Balbum nuper miſſus eſt, vera loquitur, nihil eſt quòd Piſonem familiarem tuum deſideres. idem in Verrem: Nihil erit quòd me agente arbitretur iudicium ſine magno multorũ periculo poſſe corrumpi. idem Terẽtiæ: Excruciat me valetudo Tulliæ noſtræ, de qua nihil eſt quòd ad te plura ſcribam. idem Q. fratri: De eius eruditione quòd labores, nihil eſt. idẽ Tironi: Nihil eſt quòd feſtines, nec quicquam cures, niſi vt valeas. Brutus & Caſſius Antonio: Quando conſul arma minaretur, quorũ fiducia nihil eſt quod nos terreas.

Virgilius in Bucolicis:

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quòd pocula laudes.

Idem:

Nihil eſt quòd dicta retractent.
Ignaui Aeneadæ.

Papinianus de Captiuis, l. Quod ſi ſecus, nihil eſt quod de ſecundis tabulis tractari poſſit. Cicer. Q. fratri: Trebatium meum quòd iſto admiſceas nihil eſt. idem Terentiæ: in viam quòd te des hoc tempore, nihil eſt. Terẽtius: Non eſt quòd te deterream. Horatius:

Non eſt quòd multa loquamur.

Cicero in Verrem: Cohortem autem Metelli, quam vocat quid erat quòd corrumperet? Pomponius de operibus libertorum, l. A duobus: Nihil eſt quare non datur.

EXCIPERE.

Excipere quid ſit, cùm à vulgari, publicaque ſignificatione diſceſſeris, multis incognitum eſſe arbitror, quod mihi ſatis videor inueſtigaſſe, nec paruo, nec inutili labore. Eſt enim Excipere, quod cauere, aut præſcribere, vt inferiùs notata clariùs oſtendent. Varro de re Ruſtica: in emptionibus iure vtimur eo, quod lex præſcripſit, in ea re alij plura, alij pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in ſingulas oues, vt agni chordi duo pro vna oue annumerentur, & ſi cui vetuſtate dentes abſunt, item binæ pro ſingulis, vt procedant. ibidem: Aliter dico, atque fiet, quòd capras ſanas, ſanus nemo promittit,

nunquam enim ſine febre ſunt, itaque ſtipulantur paucis exceptis verbis. Cic. ad Q. Fratrem: Cumq; nominatim lex exciperet, vt ad templum, monumentumq́ue capere liceret. idem de Legibus: Qua in lege cùm eſſet, néue aurum addito, quàm humanè excipit? idem pro Cluentio: Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum eſt, de quibus cauſis, aut magiſtratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accuſare, hæc ignominiæ cauſa prætermiſſa eſt. idem pro Cornelio Balbo: Quorum in fœderibus exceptum eſt, ne quis eorum à nobis ciuis reci piatur, quòd ſi exceptio facit ne liceat, ibi neceſſe eſt licere. Vbi eſt igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat ciuitate, & ſubdit Exceptum eſt, inquit, fœdus, ſiquidem ſacroſanctum eſt. Idem in partitionibus Oratorijs: Quærenda etiam ratio, ſi qua poterit inueniri, quare non ſit exceptum, aut iniqua lex. idem de arte Rheto. Nam & prætorij exceptionibus multæ excluduntur actiones. ibidem Poſtulat is, qui cum agitur, à prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præiudicium fiat: hic is, qui agit, iudicium purum poſtulat: ille qui cum agitur exceptionem addi ait oportere. idem de lege Agraria: Aut ita lex diligenter perſcripta demonſtrabitur, ita tantum vnaquaque de re, ita quod oportuerit exceptum, vt minimè conueniat quidquam in tam diligenti ſcriptura prætermiſſum arbitrari. ibidem: Atque hoc lex nuſquam excipit, non omnia ergo ſcriptis ſed quædam quæ perſpicua ſint, tacitis exceptionibus caueri. idem in Academicis quæſtionibus. Quibus poſtulant vt excipiantur hæc inexplicabilia. Tribunum aliquẽ cenſeo adeant, à me iſtam exceptionem nunquam impetrabunt. in verrem: Quod lege excipiuntur tabulæ publicanorum, quô minùs Romam deportentur. ibidem: Quid ſi eiuſmodi eſſe hæc duo fœdera duorum populorum iudices doceo, vt Taurominitanis nominatim cautum & exceptum ſit fœdere, ne nauem dare debeant, Mamertinis in ipſo fœdere ſanctum, atque Præſcriptum eſt, vti nauem dare neceſſe ſit. idem de diuinatione: Si iudices id quod Epaminandas ait legis ſcriptorem ſenſiſſe, adſcribit ad legem, & addat exceptionem hanc. idem in epiſtolis. Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, Fungos & Heluelas

uelas ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius. Vitruuius: Et ideo quòd precioſa ſunt legibus excipiuntur, vt à domino, non à redemptore repræſententur. Marcell. ad legem Iuliam repetundarum, l. 1. Cùm excipit lex, à quibus licet accipere, à ſobrinis, propriore've gradu cognatis ſuis vxoréve. Victorinus hæc declarare videtur in Rhetorica Ciceronis: Tranſlationem, inquir, intelligamus formam eſſe ſtatus ſcilicet legalis: Præſcriptionem verò eandem appellari poſſe, & eandem exceptionem, ſed ab oratoribus: in iure autem Præſcriptionem dici ipſum propoſitum ius Exceptionem autem, cùm ius ipſum propoſitum aduerſus ſe, actor alius excipit, interpoſita aliqua conditione.

ETIAM AFFIRMANTIS.

ETiam affirmantis aduerbium, cuius loco ferè omnes aliud aduerbium. Ita, ponunt, veluti è teterrimo carcere afferendum eſt, & in vſum Latinitatis reuocandum. Cicero pro Roſcio Comœdo: Si non, quo modo tabulas con fici? ſi etiam, quamobrem tum cętera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, id aduerſariis relinquebas? Idem in Academicis quæſtionibus: Quaſi aut etiam, aut non, non modò verum eſſe, ſed neceſſarium. Idem pro Planco: Cui cùm reſpondiſſem, me prouincia decedere, etiam me hercle, inquit (vt opinor) ex Africa.

ATQVE GEMINATA ET TRIplicata.

EAdem ferè calamitas vt propè interiret, accidit geminatæ, & interdum triplicatæ particulæ. *Atque*, quæ interdum maximã adfert gratiã orationi inſerta. Tibullus:

Atque tubas, atque arma ferunt ſtrepitantia cœlo
Audita. Horatius:
Atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula. Catullus.
Ne veſtrum ſcabra tangat rubigine nomen.
Hæc atque illa dies, atque alia atque alia.
Virgilius:
Atque deos, atque aſtra vocat crudelia mater. Idem:
Atque hic atque illic humeros ad vulnera durat Idem:
Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actius Orithya.

AE QVI

AEQVI BONIQVE FACIO.

AEqui boniq́ue facio, id eſt, in bonam partem accipio, certum modum eſſe loquendi non rationem nemo negare poteſt. Terentius in Andria: Cæterum equidem iſtuc, Chreme, æqui boniq́ue facio. Titus Liuius ab vrbe condita: Ne ſerpat latius contagio eius mali, nos æqui boniq́ue facimus. Cice. Attico: Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boniq́ue facit.

EXIMERE.

EXimere, apud veteres illos autores præter alia ſignificata eſt, quod extrahere, effodere, eruere. Cato de re Ruſt. Ficos & oleas altero modo inſerit. Quod genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito. Ibid. In amphoram muſtum indito, & corticem oppicato, demittito in piſcinam, poſt XXX. diem eximito, totum annum muſtum erit. Ibidem: Ollam ſtatuito cum aqua, vbi occipiet feruere, pauliſper demittito vnum manipulum, feruere deſiſtet, Poſteaquam occipiet feruere, pauliſper demittito, vſque ad modum dum quinque numeres, tum eximito. Vitruuius: Sequitur ordo de lapidicinis explicare, de quibus & quadrata ſaxa, & cæmentorum ad ædificia eximuntur copiæ & comparantur. Ibidem: Cùm ædificandum fuerit ante biennium, ea ſaxa, non hyeme, ſed æſtate eximantur. Ibidem: Sed hæc omnia quæ mollia ſunt, hanc habent vtilitatem, quod ex ijs ſaxa cum ſunt exempta, in opere facilimè tractãtur. Alphenus de Publ. I. Cæſar: Cùm inſulæ Cretæ Cotorias locaret, legem ita dixerat: Ne quis præter redemptorem poſt Idus Martias cotem ex inſula Creta fodito néve eximito, néve auellito, & ſub dit: Conſulebatur num cõtra legem poſt Idus Martias ex inſula Creta cotes exemptæ viderentur.

AES ALIENVM, TVVM, MEVM, patris, filij.

AES alienum id certè eſt, quod dicimus debitum. Sed modum dicendi antiquum notare debemus, quo dicebant, æs alienum tuum; æs alienum meum, æs alienum patris, æs alienum filij. Quæ ſi benè inſpexerimus, contraria eſſe verba ſignificato reperiemus, & tamen dicendi talem eſſe modum, non ratioñẽ vllam fateri cogemur. Nam ſi æs alienum, quomodo meum? Si meum, quomodo alienum? Cicero Attic. Si quid æri alieno meo ſuperabit?

Idem

Idem in Philippicis:Etenim quæ res egeſtati, & æri alieno tuo præter mortem Cæſaris ſubuenire potuiſſet? Paulus de iure dotium,l.Profectitia:Sed ſuum æs alienum ſuſceptum dum filiusfamiliâs eſſet, paterfamiliâs factus, exonerauit.Iabolenus de ſtatu liberis,l.Stichum : Stichus liber eſto,quando æs alienum meum ſolutum,creditoribúsve meis ſatisfactum fuerit.Cicero Attico:Aes alienum faciendum puto.Idem pro Publio Sylla:Publij Cincij prędijs venditis,æs alienum eiuſdem diſſoluiſti.Ibidem:Cuius æs alienum videmus iudices,non libidine,ſed negocij gerendi ſtudio eſſe contractum.Idem in Philippicis:Patri perſuaſit,ne æs alienum filij diſſolueri.Idem Mario:Maximum autem æs alienum ampliſſimorum virorum. Paulus de in rem verſo,l.Si filiusfamiliâs,funus filij, æs alienum patris eſt.Pomponius de peculio, l.Peculium:Si ære alieno dominico, exhauriatur peculium ſerui.Iabolenus de priuilegijs creditorum, l.Paterfamiliâs: In omni ære alieno, quod aut patris, aut filij fuerit. Titus Liuius ab vrbe condita:Cùm Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet.

FAC ESSE, FAC POTVISSE, fac velle.

FAc eſſe,fac potuiſſe,fac velle,& facite,ac eiuſmodi,modus eſt loquendi veterũ illorum?idque ſignificat quod illiterati dicunt,Ponamus quòd ita ſit, ponamus quòd ita fieri potuerit,ponamus quod ita velis.Aut vt aliqui ſe elegantiùs dicere putant,Poſito quòd ita ſit, aut dato quòd ita ſit,vel ponamus ita eſſe,quo quid eſt vulgarius,aut rudius?Hæc ergo barbaries omnino excludenda eſt, introducendaque vera latinitas per hos veros propriosque dicendi modos.Cicero in Philippicis:Fac potuiſſe, quod eſt aliud beneficium latronum?Ibidem:Hominem perditiſſimum,ſed fac ita non eſſe,num Latinè ſcit?In ſecunda Philippica:Eum tu occideres? Fac potuiſſe.Idem in Philippica XIII.Facite hoc meum conſilium legiones nouas non improbare.Idẽ Attico:Me fac poſſe tutò,multi enim hortantur,num etiam honeſtè?Eidem: Nam liberalibus quis potuit in ſenatum non venire? fac id potuiſſe aliquo modo num etiam cùm veniſſemus, liberè potuimus ſententiam dicere?In Tuſculanis:Fac totum dolere corpus. Ibidem:

dem: Sed fac vt iſti volunt, animos non remanere poſt mortem.Ibidem:Fac animum ſic interire vt corpus. Idem de diuinatione:Fac dare deos, quod abſurdum eſt, quid refert,ſi accipere non poſſimus? In Verrem: Fac ita eſſe, tamen hoc ferendum nullo modo eſt. De Oratore? Sed fac eſſe,nihil ſupereſt.Idem de natura deorum: Fac eſſe diſtentum cœlum. Cleantes in quibuſdam pulcherrimis carminibus,illo fœlici ſeculo in Latinum verſis: Ducor parens celſiſque dominatur poli,quocunque placuit,nulla parendi mora eſt. Adſum impiger, fac nolle, comitabor gemens,malusque patiar quod licuit bono. Ducunt volentem fata,nolentem trahunt.

FERRE AD COELVM.

Ferre ad cœlum, modus eſt loquendi Romano more, ſcilicet tantũ aliquid laudare,vt laudibus quaſi ad cœlum feratur.Cice.in Verrem:Iuuant me hæc præclara nomina artificum,quæ iſti ad cœlum ferunt.Idẽ Furnio:Proptere à feſtinatio abducet à tantis laudibus. quibus te omnes in cœlum iure & verè ferunt.Idem de Oratore: Quæ tu verbis ad cœlum extuliſti.Idem Attico:Scribis enim in cœlum ferri.Idem ad equites Romanos:Quẽ virtutis gloria cum ſumma laude extulit ad cœlum. Horatius.

Quæ vos ad cœlum fertis,rumore ſecundo.

FERRE IN OCVLIS, HABITARE in oculis.

Ferre,& eſſe in oculis,modus eſt loquendi,quo valde diligere & diligi ſignificatur.Habitare autẽ in oculis,per translationem eſt ita frequentem & adſiduũ eſſe,vt quaſi in oculis habitetur.Cicero ad Quintum fratrem.Balbum in oculis hominem.Idem Tironi: Nam iſti duo vix ſunt digni,quibus alteri Ceſenam,alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas,te(vt dixi)fero in oculis.Idem in Antonium:Nam Trebellium valde iam diligit, oderat cum ille tabulis nouis aduerſabatur, iam fert oculis. Terentius verbum *Fero* dimiſit in Eunucho: Rex te ergo in oculis.Cicero ad Atticum:Itaque publicanis in oculis ſumus. Gratis,inquis, viris Senſibus. Cicero pro Planco:

Feci

Feci vt poſtea quotidie præſentem me viderent, habitaui in oculis Idem Attico: Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare, præſentem me viderent, habitaui in oculis.

FRVGI.

Frugi à Fruge dicitur, quod indeclinabile eſt compoſitum tamen cum Bono, antiqui quandoque ponebant, vt vtrinque dicerent, & ſeruus frugi, & ſeruus bonæ frugi. Plautus in Pſeudolo: Cupis me eſſe nequam, tamẽ ero frugi bonæ. Vlpianus ad legem Aquiliam, l. Inde Neratius: Sed ſi bonæ frugi ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit. idem de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, l. Si quis ſeruum: intereſſe fructuarij videtur bonæ frugi ſeruum eſſe.

FACERE.

INfiniti penè dicendi modi à veteribus illis Latinitatis conditoribus à verbo *Facio*, deducti ſunt. Quorum & ſi aliqui multa notauerint, nos longè plurima collegimus, quæ in vſum publicum facere iudicauimus.

Facere delitias.

Plautus in Menechmis: Eia, delitias facias.

Facere damnum pro eo quod dicimus Damnum pati.

Plautus in Mercatore: Non miror ſi quid damni facis, aut flagitij. Cicero in Bruto: Damnum enim illis immaturo interitu res Rom. Latinæque literæ fecerint. Idem in Verrẽ: Quid ſi docebo iudices eos, qui cccc. Millia mod. lucrifaciunt, damnum facturos fuiſſe?

Facere facinus & ſcelus.

Plautus in Bacchidibus: Atridæ duo fratres dicuntur feciſſe facinus maximum. Titus Liuius ab vrbe cõdita: Qui alienis manibus peſſimum facinus facẽre. Cicero de Oratore: Scelus eos nefarium facere dicunt.

Facere iratum.

Cicero de Oratore: Cùm iratum aduarſario iudicem facere vellet.

Facere flagitium.

Plautus in Mercatore: Ait flagitium & damnum feciſſe.

Facere

Facere ſtipendia.

Titus Liuius ab vrbe condita:Centuriæ quæ ſine armis ſtipendia facerent.Ibidem:Qui ſtipēdia pedibus propter paupertatem feciſſet.

Facere prælium.

Cæſar in Commentarijs:Paruulis equeſtribus prælijs ad aquam factis.

Facere ſacrificium & ſacra.

Cicero in Bru.Licet aliquid etiam de M.Popilij ingenio ſuſpicari,qui cùm conſul eſſet, eodem tempore ſacrificium publicum cum læna faceret. Titus Liuius ab vrbe condita:Quidnam tu hoſpes paras,inquit,inceſtum ſacrificium(vt dicunt)facere ? Ibidem : Caſtus enim ſacra priuata facere.ibidem : illi ſacra quædam in monte Albano, Lauinoque vobis facienda tradiderunt ibidem:Dedicata eſt à T.Quintio diuûm virō ſacris faciendis Idē de bello Punico.Ne ſolenne ſacrum in monte faceret.

Facere æs alienum.

Idem ab vrbe condita:Aes alienum feciſſe.

Facere teſtamentum.

Cicero de Oratore;Ac ſi tantum in procinctu teſtamētum faceret ſine libra atque tabulis.

Facere finem.

Plautus in Aſinaria:Sermoni iam finem face tuo.Terētius in Phormione:Iam finem faciam dicendi mihi : peccandi cùm ipſe de ſe finē non facit?Cicero pro Gn.Planço:Nam iſtius verbi quouſque poterat eſſe inuidia? datus eſt tibi ille, condonatus ille, non facit finem, ferre non poſſumus. ibidem in Verrem : Difficile eſt enim finem facere pretio, niſi libidini feceris. idem in Rullum: Finē feci offerendi mei. Cæſar in Commentarijs: Finem properandi facit. ibidem: Neque prius finem ſequendi fecerunt,quàm muro oppidi appropinquauerunt. Titus Liuius: Finem tandem certaminum facerent. Hircius in Cōmentarijs: Maximè vellem inquit,homines ſuæ petulantiæ nimiæ, quam libertatis aliquando finem feciſſent. ibidem: Cùm iam Cæſar exiſtimaſſet hoſtes pulſos,deterritoſque,finem laceſſendi facturos.

Facere fidem.

Cicero in Catilinam Fidem faceret oratio mea. idem in L. Piſonem:Non facies fidem ſcilicet cùm hæc diſputabis.

bis.Idem de Oratore:Fidei faciendæ cauſa.Ibidem:In locis quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit. Idē in Hortenſio:Meo autem iudicio ita eſt maxima in ſenſibus veritatis,ſi ſani ſunt,& valentes, & omnia remouentur,quæ obſtant, & impediunt. Itaque & lumen mutari nolumus: & ſitus earum rerum quas intuemur, & interualla,aut cōtrahimus,aut deducimus, multaque facimus vſque eò,dum adſpectus ipſe fidem faciat tui iudicij. Idē Attico:An m hi nutus tuus nō faceret fidē? Eidem: Quod niſi fidem mih feciſſet.Idem pro T. Ann. Milone:Nudauit ſe inſanctiſſimo templo:quoniam vita talis, & ciuis,& viri fidem non faciebat.Idem in Catil. Vt quoniam auribus veſtris propter credibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea.Idem in Bruto:Credit ijs quæ dicuntur, qui audit oratorem, vera putat,adſentitur,probat,fidem facit oratio.

Facere ludos.

Cicero ad Quintum fratrem: Quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunque Romæ ludos, facerent.Idem Attico:Ludos facere abſens malebas.

Facere ſcriptum.

Titus Liui.ab vrbe condita: Neque eius accepi nomen, quòd ſcriptum facere,tabulam poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum, quàm aliquando antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius.

Facere dolorem & luctum.

Cicero Attico.Nulla Medicina tam facit dolorē, quàm quæ ſanat.Titus Liuius de bello Macedonico:Audita clades,ſimul pauorem,ſimul luctum ingentem fecit.

Facere caſtra.

Cicero Catoni: In Lyconia caſtra apud Iconium faceret,& ſubdit:Apud oppidum caſtra fecit Gneus Pompeius Lucio Domitio:Neque caſtra propter anni tempus,& militum animos facere poſſum.Cæſar in Cōmentarijs: Caſtra facere conſtituit.Hircius in Cōmentarijs. Ad aquam fecit caſtra.Ibidē:Loco excelſo fecit caſtra. Ibidē: Ibi caſtra ducentarum legionum fecit.

Facere periculum.

Plautus in Ciſtellaria,Face ſemel periculū. Terentius in Andria.Quî ſcis ergo iſtuc niſi periculum feceris? Cæ-

ſar in Cômentarijs Vt inæquum locũ deſcenderent, legio numque pericula facerent.

Facere conuitium.

Modus eſt loquendi, quo ſignificatur contumelijs quẽ laceſſere,& quod ineptè dicunt.Dicere illi iniuriam. Plautus in Moſtelliaria: Sic & præſenti tibi facit conuitium. Idem in Bacchidibus: Vt ne clamorem hic facias nec cõuitium. Idem in Mercatore. Malè mihi precatur, & facit conuitium.Terentius in Adelphis Non feciſſe erit melius hîc conuitium. Cicero pro Cluentio.Conuitium C.Iunio iudici quæſtionis maximum fecit. Idem Attico, Cato aduolat,conuitium Piſoni conſuli mirificum fecit. Ouidius ad Corrinam. Quid queror & toti facio conuitia cœlo? Sabinus in epiſtola pro Helena. Nec faciam ſurdis conuitia fluctibus vlla.Vlpianus,de iniurijs,& famoſis libellis.l.Iniuriarum, Feciſſe conuitium nõ tantùm is videtur qui vociferatus eſt verùm is quoque, qui concitauit ad vociferationem,& paulò ſuprà,Conuitium autem dicitur vel à concitatione, vel à conuentu hoc eſt, à collatione, vocum.Caius eadẽ,l.Si plures ſerui aliquem ſimul ceciderint,aut conuitium alicui fecerint ſingulorum propriũ eſt maleficium.

Facere naufragium.

Cicero Tironi:Qui cupidè profecti ſunt,multi naufragia fecerunt.

Facere promiſſum.

Cicero de Officijs,Vt reddere depoſitum, etiam ne furioſo facere promiſſum, & in eodem. Promiſſum potius non faciendũ,quàm tam terrũ facinus admittendũ fuit,& ſubdit:Ergo promiſſa non facienda nonnunquã,& ſubdit, Facere promiſſa,ſtare conuẽtis,reddere depoſita, commutata vtilitate fiunt, non honeſta.

Facere iter.

Cicero pro Gn Planco: At ego cùm caſu diebus ijs itineris faciendi cauſa decedens è prouincia, Puteolos fortè veniſſem. Idem Senatui populoque Romano. iter in Ciliciam non facere inſtituti. Idem de diuinatione, Cùm duo quidem Arcades familiares iter vnà facerent. Ibidẽ, Eudemum Cyprium familiarem ſuum iter in Macedoniã facien-

facientem. Idem Catoni: Cùm exercitu luſtrato iter in Ciliciam facere cœpiſſem. Idem in Verrem: Iter per Siciliã facere voluerat. Cn. Pomp. Lucio Domitio. Præſidia Curionem, quæ in Vmbria, & Tuſcia erant, contrahere, & ad Cæſarem iter facere. Cæſar in Commentarijs: Iter cautè, diligenterq́ue faciat, præſcribit.

Facere turbas.

Plautus in Bacchidibus: Tantas turbellas facio. Cicero in Verrem: Maximas in iſtius caſtris feciſſe turbas dicitur.

Facere verbum & verba.

Verbum, & verba facere, modus eſt loquendi, ſignificans id quod loqui, id enim eſt. Non multa verba faciam, & non multa loquar, ſed ita tunc loquebantur. Quid autem inter ſe diſcrepent, ex inferioribus autoritatibus planè videri poteſt. nam Facere verba, loqui & explicare verbis rem ſignificat, Facere verbum, eſt vix loqui, muſſare, vel pauca proferre. Plautus in Aſinaria: Neque vllũ verbũ faciat perplexibile. Ibidem: Verbum hercle facere non poteſt. Ibidem: Haud verbum faciam. Idem in Bacchidibus: Verbum nullum fecit. Terentius in Andria: Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit. Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: Non me hercle verbum feciſſes. Ibidem: Deq́ue ea ſocietate neminem eſſe, qui verbum facere hoc tempore auderet. Idẽ in Bruto: Cùm eſſet relictus à cæteris, & verbum facere non poſſet. Idem in Piſonem: Quicunque de re verbum facere cœperatis. Idem in Philippi. Ne verbum quidem auſus eſt facere. Idem Cn. Planco: Verbum nemo facit. Idem pro Aulo Cluentio: Cùm ille verbum omnino in hac ipſa cauſa facere nullum potuerit. Idem pro. P. Quintio: Sed omnino verbum facere conari. Idem in Verrẽ. Ipſi illi tui coniuiæ, conſiliarij, & conſcij verbum facere nõ audebant, & ſubdit: Nam antequã verbum facerem, de ſella ſurrexit.

Facere verba.

Plautus in aulularia: Sic verba hîc facio, quaſi negotij nihil ſiet. Ibidem: Nunc verba ne facias ſoror. Idem in Sticho: Multa ſcio facienda verba. Idem in Milite: Vt multa verba fecit? Idem in Perſa: Verba quidem haud indoctè fecit. Idem in Rudente: Verba facimus, it dies Ci-

cero, Attico: At me exiſtimatis ad manendum eſſe propẽſiorem, quòd plura in ea parte verba fecerim? Idem pro P. Quintio: Neque tamen iam multa verba faciam. Idem pro lege Manilia: Et ex hoc ipſo loco permulta idem contra legẽ verba feciſti. Idem in Philippicis: Quod tribuni plebis verba fecerunt, vt ſenatus Calendas Ianuarij haberetur. Idem in Verrẽ: Quod ego in ſenatu quanta verba feciſſem. Idem pro domo ſua: Qui conuentu bonorum virorum verba de ſalute mea fecerũt.

Horatius.

Verba facit Leno.

Titus Liuius ab vrbe condita: Multa de Hieronymi fide verba fecerunt. Idem de bello Punico: Pauca verba facienda ſunt. Vlpianus de petitione hæreditatis, l. Itẽ: Conſules verba facere de his.

Facere iuſta.

Plautus in Ciſtellaria: Poſtquam ille vxori iuſta fecit.

Facere copiam.

Idem in Aſinaria: Vti ſibi amanti facerem argenti copiam. Ibidem: Feci enim ei quod orauit, mei copiam. Idem in captiuis: Gratiam habeo tibi, cum copiam iſtam mihi, & poteſtattem facis. Idem in Perſa: Vti tibi rectè conciliãdi facere copiam.

Facere medicinam.

Idem: Si medicus veniat, qui morbo facere medicinam poteſt. Cicero pro Publio Quintio: Medicinæ faciendæ locus non erit.

Facere iudicium, & facere autoritatem.

Plautus in Ciſtellaria: Mi ſpectatores facite iudicium. Cicero pro lege Manilia: De quo homines vos id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia feciſtis.

Facere lucrum.

Plautus in mercatore: Lucrum ingens facio. Idẽ in Perſa: Rectè rem gero, & facio lucrum. Ibidem. Vnde tu prægrande lucrum facias.

Facere coniecturam.

Idem in Caſina: Ego hanc de me coniecturam domi facio. Cicero in Verrem: Ex quibus coniecturam facere de om-

omnibus poſſitis. Ibidem: Vos rogarem, vt coniecturā faceretis. Ibidē: Verùm vt ex vno de cæteris coniecturā facere poſſitis.

Facere rem diuinam.

Plautus in Curculione: Poſtquàm rem diuinam feci, venit in mentem mihi. Cato de re Ruſtica Eam rem diuinam, vel ſeruus, vel liber licebit facito. Cicero in Verrē: Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario propè quotid e facere vidiſti. Titus Liuius ab vrbe condita: Rem diuinā facere. Idem de bello Macedonico: Res diuinas facere maioribus hoſtijs iuſſerunt. Hircius in Commentarijs. Poſtero die diuina re facta.

Facere furtum.

Plautus in Rudente Furtum ego vidi qui faciebat.

Facere rem.

Horatius.

Is ne tibi meliùs ſuadet, quàm vt rem facias, rem.
Si poſſis rectè: ſi non, quocunque modo rem.

Quanti facere.

Horatius.

Septimius Claudi nimirum intelligit vnus.
Quanti me facias.

Facere officium.

Idem.

Officium facio, tu poſcis filia.

Mecum facere, ſecum facere, vnà facere, nobiſcum facere, modi ſunt loquendi, à paucis (vt reor) notati, ſignificant enim id, quod mecū ſentire, quo loco multi inſulsè ponunt, pro me facere. Cicero pro P. Sylla, I. Caſſium dixerunt commemoraſſe cum cæteris, Antonium ſecum facere. Et ſubdit: Quid tum? Caſſius ſi reſpondiſſet idem ſentire, & facere Syllam: tamen mihi non videretur in hūc id criminoſum eſſe debere. Et ſubdit: Non reſpondit tamen vnà facere Syllam. Idem in partionibus: Defenſor autem ad ea, quæ propoſuit, æquitate nitatur, & ea cauſa ſecum facere fateatur. Idem pro Aulo Cecima: Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat. Ibidem: Nam verba ipſa ſponſionis facerent mecum ſi vellem diligenter attendere. Ibidem: Cùm videatis autoritem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum. Horatius.

Et ſapit,& mecum facit,& Ioue iudicat æquo. Idem Mecum facientia iura.

Facere Verſus.

Horatius:

Paupertas impulit audax,
Vt verſus facerem.

Facere ſumptum.

Idem:Pro quæſtu ſumptū facit. Varro de re ruſt. Nemo enim ſanus mente debet velle impenſam ac ſumptum facere in cultura, ſi videt non poſſe refici. Cicero pro lege Manil. Non modò vt ſumptum faciat in militem, nemini vis adfertur.

Facere Vicium.

Cicero in Topicis:Si ædes ex ſe corruerunt, viciumūe fecerunt. Iabolenus locati & conducti,leg. Quod ſi, etiā huius domus mercedem, quæ vicium feciſſet, deberi putat. Vlpianus de damno infecto,lege,Finita: Si ſpatia inter vicioſam partem intercedant, & ea quæ vicium non fecit. Et ſubdit.Si inſula adiacens domui vitium faciat. Vitruuius: Si venti frigidi ſunt,lædunt: ſi calidi,vitiant: ſi humidi, nocent: ijdem faciunt vitia pauimentis. Hircius in Commentarijs: Vigilia ſecunda propter multitudinem telorum, Turris lignea,quæ noſtra fuiſſet ab initio, vitiū fecit,vſque ad tabulatum ſecundum,& tertium.

Facere iniuriam.

Plautus in Rudente: Faciet nemo iniuriam. Cicero in Verrem. Quid dices?id quod dictitas iniuriam tibi feciſſe veram? & ſubdit: Cùm maximam C. Verres iniuriam fecerit.& ſubdit: At cùm tibi C. Verres fecit iniuriam.Idem in Piſonem: Facio iniuriā fortiſſimo viro mortuo.

Horatius:

Luctandum in turba,facienda iniuria tardis.

Facere impetum.

Cicero Catoni: Armenium regem in Cappadociaim petum eſſe facturum. Idem pro lege Manilia:Sed in exercitum veſtrum clarum, atque victorem impetum fecit. Idem pro Publio Sexto: impetum faciunt in Fabricium. Idem pro Tito Annio Milone: Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum.

Facere

Facere contumeliam.

Vt videant omnes modum loquendi ab illis optimis eius ætatis autoribus diligentiſſimè fuiſſe ſeruatum, & ſi quid eſſe ab aliquo id ætatis viro docto interuerſum, ſtatim eſſe exploſum, legant Ciceronem, qui Philippica tertia reprehendit Antonium, qui contumeliam facere dixerit. Quid eſt porrò inquit facere contumeliam? quis ſic loquitur? & ſubdit: Nônne ſatiùs eſt mutum eſſe, quàm nemo intelligat dicere? & paulò poſt: Præter duos vos loquitur iſto modo nemo. Quis ſic loquitur? ait, num quis ſic eſt locutus? Nam veteres ante Ciceronem, Facere contumeliam, aliquando dixerunt. Plautus in Aſinaria: Tu cõtumeliam alteri facias, tibi non dicatur. Cato: In hac contumelia, quæ mihi per huiuſce domi petulantiam factum itur. Videtur ergo Cicero ætatem ſuam emendatè loquentem notare, antiquiores alias carpere, & quaſi poſteris præſcribere vt politiorem & abſterſam à veteribus quaſi rubigine mundiorem, ſuę ætatis modum imitentur.

Facere modos.

Terentius in argumento Andriæ: Flaccus Claudij filius, modos fecit tibijs paribus dextris, & ſiniſtris Cicero de Orato. Neque id actores priùs viderunt, quàm ipſi poëtæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos.

Facere gratum.

Idem Attico: Feceris mihi gratum, ſi antè cò veneris. Eidem: Per mihi per inquam gratum feceris.

Facere poteſtatem.

Varro de re Ruſtica: Secundum cibum largè vt bibant, faciunt poteſtatem. Ibidem: Sæpè etiam quærendi poteſtatem facit de his. Cicero in Verrem: Neque ſe alijs videndi poteſtatem eſſe facturum.

Facere argentariam.

Ibidem: Qui argentariam Regij maximam fecerat. Ibidem: Quam ille argentariam Lepti feciſſe dicit.

Facere manum.

Ibidem: Illi nocte, facta manũ armataq́ue veniunt.

Facere prælium.

Ibidem: Princeps enim omnium Panſa prælij faciendi, & cum Antonio confligendi fuit.

Facere vellaturam.

Varro de re ruſtica. Idem dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

Facere cædem.

Cicero pro Tito Annio Milone: Obuiā fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nūllis Græcis comitibus, vt ſolebat: ſine vxore, quod nunquam ferè: cùm hic inſidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet, cum vxore veheretur in rheda penulatus. Ibidem: Potuítne Fabritio viro optimo cùm de reditu meo legem ferret, pulſo crudeliſſima in foro cęde facta? Idem pro P. Sextio: Cædem maximam facias.

Facere vota.

Cato de re ruſtica: Marti Syluano in ſylua interdiu in capita ſingula boum vota facio. Idem pro Milone: Deinde ſubito vultu Milonis perterriti, vt fugeret ad Tyberim, vos, & omnes boni vota feceritis, vt Miloni virtute ſua vti liberet. Ibidem: Vota enim feceratis, vt in eos ſe potiùs mitteret, quàm in veſtras poſſeſſiones.

Facere inſidias.

Cicero pro Tito Annio Milone: Milo vnus vrgebat: hîc Dij immortales (vt ſuprà dixi) mentem dederunt illi perdito ac furioſo, vt huic faceret inſidias.

Facere funus.

Cicero pro Cluentio: Et ibi de integro funus iam ſepulto filio fecit.

Facere reum.

Cicero pro Cluentio: Tamen habitus Opianicum reū ſtatim non fecit. Ibidem: Reum ſtatim fecit. Ibidē: Apud eoſdem iudices reus eſt factus.

Facere mentionem.

Cicero pro Cluentio: Quo tandem igitur ore mentionem corrupi iudicij facitis?

Facere iudicatum.

Idem pro Lucio Flacco: Cùm iudicatum non faceret.

Facere imperata.

Cæſar in Commentarijs: Iuſſus arma abijcere, imperata facere.

Facere vindemiam.

Varro de re Ruſtica: Vuas legere & vindemiam facére

inter

inter æquinoctium autumnale, & Vergiliarum occaſum.

Facere ſementem.

Cato de re Ruſtica: Sementem facito ita.

Facere hæredes.

Cicero in Verrem: Viros bonos & honeſtos complures fecit hæredes. Ibidem: Fecit hæredem M. Octauium Ligurem.

FERRE, INFERRE, REFERRE.

Ferre,& inferre pedem,eſt intrare: Referre pedem eſt eius contrarium, quod inepte multi dicunt, retrahere ſe. Adferre pedem, venire. Conferre pedem, ſimul congredi. Efferre pedem, eſt exire. Qui modi dicendi iam cum bonis alijs literis penè ad vnum interierunt. Virgilius.

Inde domum ſi fortè pedem ſi fortè tuliſſet,
Me refero. Idem.
Ferte pedem, Fauniq́ue ſimul, Dryadesq́ue puellæ:
Horatius:
Quam nec ferre pedem decuit choris.

Platus in Menechmis Propera Menechme fer pedem. Ibidem: Huc intro retuliſti pedem. Titus Liuius ab vrbe condita: Inclinante iam in deterius Latinitate, præpoſitionem addidit,& inferre pedem,pro Ferre dixit. Audent vltro gradum inferre? Ibidem: Paulo poſt vltrò inferens pedem, ad vnum oẽs occidit. Ibidem: Clamore renouato inferunt pedem. Horati.

Neque impudica Calchis intulit pedem.

Referre pedem.

Plautus in Mercatore: Hanc volo priùs rem agi, quàm meum intrò refero pedem. Virgilius:

Ille pedem referens,& inutilis,inq́ue ligatus
Cedebat. Ouidius de ponto:
Cùm profugum poſſis ipſe referre pedem. Ibidem:
Turpe referre pedem: nec paſſu ſtare tenaci. Catul.
Ad Idæ retuli nemora pedem. Propertius:
Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.

Galba Ciceroni: Duæ cohortes erant,& cohors prætoria pedem referre cœperat. Titus Liuius ab vrbe cond. Cùm gradum retuliſſent. Ibidem Interfectum rati gradū conſul metum excuſſet. Ibidem: Vt pariter & ſocij rem

inciperent, referrentq́; pedem. Ibidem: Dum pedem referunt, ne à tergo vulnerarentur. Ibidem: Primò reſiſtũt: deinde referunt pedem. Ibidem: Dolo, non metu pedem retulit: Ibidem: Tum primùm referri pedem apparuit. Cæſar in Commentarijs: Pedem referre, & loco excedere, non turpe putarent. Ibidem: vulneribus defeſſi pedem referre. Ibidem: Paulatim modò pedem retulerunt. Ibidem: Permoti Barbari conſtiterunt, ac paulùm modò pedem retulerunt.

Adferre pedem.

Catullus: Abite, vnde malum pedem attuliſtis.

Conferre pedem.

Cicero pro Planco: Non poſſum magis conferre pedem (vt aiunt) aut propiùs accedere.

Efferre pedem.

Plautus in Captiuis: Seruate iſtum ſultis intus ſerui, nequoquam pedem efferat. Virgilius:
Méne efferre pedem genitor te poſſe, relicto,
Speraſti?

Cicero ad Atticum: Nunc illum, qui pedem porta quo ad hoſtis eis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri? me in cuius exercitu ſpem illius exercitus habuit, idem non aſſequi, dedecus eſt noſtrum.

FACINORIS, ET SCELERIS crimen.

OBſeruandus & hic dicendi modus, quo Cicero aliquando vſus, poſteros, vt identidem vterentur edocuit: cùm facinoris crimen, crimen ſceleris, crimen delicti quandoque poſuit. Crimen enim quandoque pro quadam quaſi calumnia, ſiue accuſatione; quandoque pro ipſo delicto, interdum pro genere peccati: Facinus verò & ſcelus pro quadam ſpecie vel forma definitur. Cicero M. Marcello: Primùm ad ſe reuocarent maximi facinoris crimen. Ibidem: Cur non conprehenderint, cur non ipſius confeſſionem facinoris multorum oculis, deni que voce, tanti ſceleris crimen expreſſerint? Idem pro Cornelio Balbo: Nam verius nihil eſt, quàm quod heſterno die dixit ipſe, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, vt nullius in delicti crimen vocaretur. Virg.
Et crimine ab vno
Diſce omnes. Idem:

Sere

Sere crimina belli. Idem:

Crimen amor veſtrum.

Cicero pro P. Sylla: Cur in pari cauſa non paria ſigna criminis reperiuntur? Ibidem: Qui ab illis etiam in crimẽ vocantur. Ibidem: Et ex ea crimen aliquod in P. Syllam quæris. Ibidem: Neque enim iſtorum facinorum tantorũ, tam atrocium crimen iudices P. Syllæ perſona ſuſcipit. Idem pro Quinto Ligario: Nouum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum. Ibidem: Ergo hæc duo tempora carent crimine. Ibidem: Sceleris verò crimine furoris parricidij immunes ſint. Idem pro Lucio Flacco: Maledictum omne, non modò crimen effugit. Idem pro domo ſua: Cui ergo crimini reſpondere ſine mea maxima laude non poſſum.

FACTVS AD VNGVEM, AD LIBIdines, non ita factus.

Factus ad vnguem, factus ad libidines, non ita factus, modi ſunt loquendi fœlicis illius ſeculi elegantiſſimi. Horatius.

Fonteius ad vnguem Factus homo:

Cicero in Verr. Rubrius quidam homo factus ad iſtius libidines. Idem in Bruto: Siue quod natura non eſſet ita factus.

AD EXEMPLVM, VEL AD exemplar.

Ad exemplum autem, vel ad exemplar, idem eſt quod ad ſimilitudinem. Plautus in Mercatore: Verũ ad hoc exemplum nunquam vt nunc inſanio.

Horatius.

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Alphenus de conditionibus, l. in teſtamento. Vt monumentũ ad exemplum eius, quod via ſalaria eſſet, fieret.

NE EA RES MIHI SIT fraudi. Fraus,

Ne ea res mihi ſit fraudi, hic modus loquendi apud veteres id ſignificat, quod, Ne ea res mihi adſcribatur, vel ne noceat, néve vitio detur, vnde pœna aliqua proueniat. Antiqui enim fraudem pœnam vocabant. Vlpianus de ædilitio edicto, l. Cùm autem: Veteres fraudem pro pœna

pœna ponere ſolebant.Cicero pro L.Murena:Id erit eius vitrico fraudi ac crimini.Idem Attico. Fit gratia Bruti S. Conſultum,vt néve Salaminis,néve qui eis dediſſet,fraudi eſſet.Idem in Ver.Statuunt illi,atque decernunt, vt hæ literæ, quibus exiſtimatio C. Verris læderetur, remouerentur operaque daretur, ne ea res C. Verri fraudi eſſe poſſet.Idem pro Sexto Roſcio Amerino. Id erit ei maximæ fraudi Idem in Philippi.Cenſeo vt ijs, qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calend. Februarij ab eo diſceſſerint Ibidem:Duos Gn.Pompeij ſummi ac ſingularis viri fratres, incolumes haberemus, quibus certè pietas fraudi eſſe non debet. Ibidem:Eis fraudi ne ſit,quod cum M.Antonio fuerint.Idem pro Cluentio: Quæ res nemini vnquam fraudi fuit. Idem Lent. Si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna largita eſt nonnullorum hominum perfidia detraxerit:id maiori illis fraudi, quàm tibi futurum:

Horatius in Odis:

Tu ſeparatis vuidis in iugis
Nodo coërces viperino
Biſtonidum ſine fraude crines. Idem:
Cui per ardentem ſine fraude Troiam,
Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes
Liberum muniuit iter daturus
Plura relictis.

Vlpianus:Si quid in fraudem,l.ſi quid dolo Cognoſcit prætor, & operam dat,ne ea res fraudi ſit.Titus Liuius ab vrbe condita:Alij metu,ne non veniſſe fraudi eſſet.ibidem:Ne cui fraudi eſſet conſciſſe milites.Ibidem : Ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum,plebiſque.ibidem:Vt tranſitio ſibi nec fraudi,nec honori ſit.Ibidem:Latum ad populum eſt, ne Seruitio fraudi eſſet, quòd patre viuo ædilis plebis fuiſſet. ibidem: Vt qui ciuis Campanus ante certũ diem tranſiſſet,ſine fraude eſſet. ibidem : Sua omnia ſine fraude Pecij deportant.idem de bello Punico:Vt ſine fraude Punicum emitteretur præſidium.idem ab vrbe condita: Militibus cauendum,ne fraudi ſeceſſio ſit ibidem: Tulit, ne cui fraudi ſeceſſio eſſet.ibidem:iudicibus ne fraudi ea res ſit,curare.

GERMANVS.

GErmanus non ſolùm frater, aut ex Germania oriundus, quod manifeſtum eſt, ſed quandoque etiam germana patria, germana lingua, germanus Atticus, & huiuſmodi dicitur. A germine tamen omnia deriuantur, quaſi inde germinata ſit ea res, de qua dicitur. Plautus in Captiuis: Nam illi quidem Theodoromedes fuit germano nomine. idem in Rudente. Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Græcia. Cicero de Oratore: Hanc ego iudico formam ſubmiſſi Oratoris, ſed magni tamen, & germani Attici. ibidem: Hos germanos huius artis magiſtros. Idem in Rullum: Illi veteres, germaniq́ue Campani. Idem de Legibus: Quia ſi verum dicimus, hæc eſt mea, & huius fratris mei germana patria: hîc enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. idem: Hunc locum idem ego te accipio dicere Arpinum, germanam patriam eſſe veſtram. idem in Verrem: Quantum inter hunc & illum Numidicum verum & germanum Metellum intereſſet. Idem de Officijs: Sed nos veri iuris germanæq́ue iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. Idem in Academicis. Erat quippe, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis.

GENERATIM, ET SPECIATIM.

GEneratim & ſpeciatim, antiqui illi Latinitatis conditores ſæpè in operibus ſuis ſcriptum reliquerunt. Poſteri hæc, vt optima quæq́ue deprauarunt: nam Generaliter & ſpecialiter paſſim eorum loco poſuêre. Videbunt ergo viri veræ Latinitatis ſtudioſi, autoritates quas pro re paucas notaui, & diſcrimen quod ſit inter priſcam Latinitatem, & introductam barbariem facilè agnoſcẽt. Cicero de Oratore: Nulli fuerunt, qui illa artificioſè digeſta, generatim componerent. Idem de reditu ſuo. Legem ſpeciatim initiò de ſalute mea promulgauit.

Vergilius.

Generatim diſcite cultus.

Vitruuius: Et ijs mixtionibus naturali temperatura figurantur omnium animalium in mundo generatim qualitates. Idem: De parietibus, & apparitione generatim materiæ eorum, quibus ſint virtutibus & vitijs, quéadmodum potui, expoſui. Cæſar in Commentarijs: Multa præterea

gene

generatim ad auaritiam excogitabantur.

GRAVATE.

GRauatè, aduerbio veteres vtebantur: idem eſt quod moleſtè: quo loco ineptè dicũt, cum diſplicentia Plautus in Bacchidibus: Quàm grauatè pater dedit? Tullius de Officijs: Grauatè illo primo. Titus Liuius ab vrbe, cõdita: Haud grauatè minis obeundo. Idem de bello Macedonico: Id grauatè conceſſum regi eſt.

GAVDERE IN SINV.

GAudere in ſinu, modus loquendi hic apud illos veteres ſignificat aliquem tacitè re & fortuna ſua contentum viuere. Cicero in Tuſculanis: Vt in ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant. Ouidius.

Qui ſapit in Tacito gaudeat ille ſinu.

GRATVLARI HANC REM, HAC re, & de hac re.

GRatulor tibi hanc rem, & hac re, & de hac re, à doctis ſæpenumerò indiſcretè dictum. Plautus in Captiuis: Eunt obuiam, gratulanturque mihi eam rem. Cælius Ciceroni: Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. In Verrem. Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Lentulo: Quod mihi de noſtro ſtatu, de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minimè miramur. Ibidem: Quòd mihi de filia, & de Craſſipide gratularis, agnoſco humanitatem tuam.

HABERE HONOREM, HABERE honores.

QVàm pauci obſeruauêre hunc dicendi modum: habere honorem, & habere honores: quo antiqui, & propè diuini illi vates vtebantur. Eſt enim habere honorem, quod honorare, honoribus adficere, & officijs proſequi. Quandoquè habere honores, per translationem id ſignificat, quod honorare ad conſequendos magiſtratus. Plautus in Aulularia: Cœpi obſeruare ecquid maiorem filius mihi honorem haberet, quàm eius habuiſſet pater. Idem in Sticho: Neque ille eos honores mihi quos habuit, perdidit. Cicero pro L. Flacco: Cui nullus honos in ſua ciuitate habitus eſt vnquam. Idem pro domo ſua: Quare

Quare ne tibi hunc honorem à me habere fortè mirêre. Idem Attico: Huic habiti à me honores mihi quidē Brute niſi debiti Idem Tironi: Curio miſi, vt medico honos haberetur. Idem in Verrem: Tu ex illius honore in eos ipſos qui honorem illi habuerant, ſupplicia quærebas Idem in eundem: Habuit honorem vt proditori, non vt amico fidem Idem Rufo: Si honos is fuit, maiorem tibi habere nō potui: ſi fides, maiorem tibi habui, quàm penè ipſe mihi. Idem in Antonium: Ex literis enim C. Panſæ, A. Hircij Conſulem, C Cæſaris proprætoris de honore Dijs immortalibus habendo ſententias diximus. Cato Ciceroni: Scis enim quàm attentè te audire ſoleam, te non tam res geſtas quàm mores, inſtituta, atque vitam Imperatorum ſpectare ſolere in habendis aut non habendis honoribus.

Habere ſermonem.

Habere ſermonem, id eſt facere verba, colloqui, commentari. Varro de re ruſtica: Narraſti quidem eidem, qui ſermones ſint habiti. Ibidē: Referam ſermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. Ibidem: Ad te miſi hæc, recordatus de ea re ſermones, quos de villa perfecta habuiſſemus. Cicero Attico: Multum is mecum ſermonē habuit, & per humanum de diſcordijs multorum.

Habere iter.

Habere iter, idem eſt quod iter facere, ſed modi ij diuerſi, idem ſignificantes, memoriæ mandandi ſunt. Cicero Attico: Et ille in Sardiniam iter habebat.

Habere fidem.

Habere fidem verbis, idem dicendi modus eſt, quo multi ineptè dicunt, Dare fidem verbis Cicero Conſulibus, Tribunis plebis, Senatui, populoq; Romano: Cùm eſſent non nulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent. Idē in Verrem, actione ſexta: Fides huic defenſioni nō haberetur. Idem pro Cluentio: Non ſolùm ſibi poteſtatem datam, verumetiam fidem habitam eſſe meminiſſe.

Habere Senatum.

Cicero pro domo ſua: Cùm in Capitolio Senatum duo Conſules haberent.

HOMO ROMANVS, GRAECVS, adoleſcens, &c.

HOmo Romanus, homo Græcus, homo adoleſcens, homo Italicus, homo conſularis, homo alienigena, homo

homo valens,modi ſunt loquendi à diuina illa vetuſtate celebrati,à ſuperuenienti verò barbarie neglecti. Varro de re ruſtica:Duo in primis videntur ſpectaſſe Italici homines.Cicero in Vatinium teſtem:Tertium ſcies ex illo obſeſſo, atque afflicto Tribunatu, conſularem autoritatem hominem eſſe adoleſcentem conſecutum.Idem pro Marco Cælio: Aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis. Idem de prouincijs Conſularibus: Conſtabat enim Græcum hominem,ac leuem in ipſa prouincia quaſi triumphaſſe.Idem pro lege Manilia: Quid tam nouum, quàm homini peradoleſcenti,cui à senatorio gradu ętas longè abeſſet,imperium atque exercitum dari? Saluſtius in Catilina:Delinquere homines adoleſcentuli per ambitionem. Cicero Attico: In quo magis reprehendendus ſum,quòd homo Romanus Piręa ſcripſerim. Eidem: Regnum Romano homini, ſed ne per ſe quidem cuiquam tolerabile. Idem in Philippicis: Dicam quod dignum eſt Senatore,& homine Romano.Idem in oratione ante exilium:Conſularis homo nõ minimis facultatibus vſus. Aſconius Mancipes ſunt publicanorũ principes,Romani homines qui quęſtus ſui cauſa decimas redimũt,qui paſtum aut pecora Publica,portorij aut Pecuarij,quorũ ratio ſcriptura dicitur.

HOMO NOVVS.

HOmo nouus eſt, qui nullis maiorum ſuorum rebus præclarè geſtis,ſed à ſua virtute clarere incipit. Cicero in Oratione ante exilium:Nõ accuſatur, quòd Rempubl.oppugnârit,ſed quòd homo nouus, pernicioſum nobilium reſtrinxerit furorem. Idem de Officijs: Quòd præclarè ædificaſſet in palatio,& plenam dignitatis domum, quæ cùm à vulgo viſeretur, ſuffragata domino nouo homini ad Conſulatum putabatur. Saluſtius in Iugurthino: Etiam homines noui, qui antea per virtutem ſoliti erant nobilitatem anteuenire.

Homo alienigena.

Cicero pro Rege Deiotaro Iiſdem rebus eſt perturbatus homo longinquus & alienigena.

HOMO VALENS.

QVàm propè vulgarem Romanum ſermonem & quàm etiam nunc durat? Dicitur homo valens, qui nihil aliud eſt quàm homo, qui viribus magis quàm indu-

induſtria aut virtute aliqua valet præſtátue. Cicero pro Aulo Cluentio: Cùm Albio quodam colono homine valente,qui ſimul eſſe ſolebat familiariùs vteretur. Idem in Verrem:Sex lictores circunſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi,

RATIONEM HABERE.

HAbere rationem, is dicendi modus frequens,& notus eſt,id enim ſignificat, quod illiterrati habere reſpectum dicunt,& genitiuo iungitur. Habere autẽ rationem cum aliquo id eſt,quod ineptè computũ facere, aut computare dicunt.Ratio enim hîc pro calculo accipitur, vt ratio accepti & expenſi. Cic.de Senectute:Habent enim rationem cum terra,quæ nunquam recuſat imperiũ: Varro de re Ruſtica:Etenim tibi ratio cum Horto habetur,vbi non modò fructus eſt incertus,ſed etiã colentiũ vita. Cic. Attico:Nunc verò quoniam quę putaui eſſe præclara,expertus ſum quàm eſſent inania, cum omnibus Muſis rationem habere cogito,

Habere rationem abſentis,& ſi ab eodẽ ſignificato dependet,non tamen id planũ, & in campo poſitũ eſt.Cùm enim ij aberant, qui vel ſacerdotia vel magiſtratus petebant, aut ex illis decedebant alios honores petituri: eorũ abſentium ratio ita interdum habebatur, vt abſentes ſecundum præſentes tractarentur: Quãdoque factione aut odio aliquo intercedente, nulla abſentium ratio habebatur. Quod in Cęſaris cauſa factũ eſt,qui cùm perfecto decennio,Galliarum imperio Conſulatum ſecundũ peteret, ab Seatu obtineri non potuit, vt eius abſentis,ratio haberetur. Vnde armis patriam adoratus, regnandi cauſa ius violauit.Sed quomodo haberetur ea ratio, primùm dicamus:deinde,quomodo Cæſari negatũ fuerit. Cicero Bruto: Ciceronem noſtrũ in veſtrũ collegiũ cooptari volo. Exiſtimo omnium abſentiũ rationẽ ſacerdotum Comitijs poſſit haberi:nam etiam factũ eſt antea, C.enim Marius cùm in Cappadocia eſſet, etiam lege Domitia factus eſt Augur,nec quo minùs id poſtea liceret, vlla lex ſanxit Etiam in lege Iulia, quæ lex eſt de ſacerdotijs proxima his verbis:Qui petit,cuiuſque ratio habebitur, apertè iudicat poſſe rationem haberi etiam non præſentis. Et ſubdit: Sed quamuis liceat abſentis rationem haberi, tamen

omnia ſunt præſentibus faciliora. Idem in Philippicis: Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim, ea velim reprehendas, ſi potes: Vnum, ne quinquennij Imperium Cæſari prorogaretur: Alterum, ne pateretur fieri, vt abſentis eius ratio haberetur: quorum ſi vtrumuis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus. Idem Aulo Cecinnæ: Rationē haberi abſentis non tam pugnaui vt liceret, quàm quando ipſo Conſule pugnāte populus iuſſerat, haberetur. Idem Attico: Cur tantoperè pugnatum eſt, vt de eius abſentis ratione habenda decem Tribuni plebis ferrent? Ibidem: Idem etiā tertio Conſulatu, poſtquam eſſe defenſor Reipublicæ cœpit, contendit, vt decem Tribuni plebis ferrent, vt abſentis ratio haberetur, quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua. Ibidem. Aut cùm (vt abſentis ratio haberetur) ferebamus. Idem Tironi: Ad Conſulatus petitionem ſe venturum, neque ſe iam velle abſente rationē haberi ſuam, ſe præſentem Trinundinum petiturum.

HABEO DICTVM, Habeo dicere.

COnfine vulgari noſtro eſt, Habeo dictum, Habeo dicere: &, Habeo polliceri, ſed elegantia plenum eſt. Plautus in Perſa: Satis iam habeo dictum. Cicero in Antoniū de Cæſar ſatis dictum habeo. Idem pro Cornelio Balbo: Quid habemus igitur dicere de Gaditano fœdere? Idem de natura Deorum: Hęc ferè dicere habui de natura Deorum. Idem de diuinatione: De noſtris ſomnijs quid habemus dicere? Idē Lentulo. De Alexādria, cauſaq; Regia tantùm habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſque præſentibus cumulatè ſatisfacturum? Idem Attico: Eò minùs habeo neceſſe ſcribere. Vlpianus in L Quoties, ff. Si libert. inge. eſſe dicatur, probare libertum ſuum neceſſe habet.

IAM INDE A PRINCIPIO.

IAm inde à principio, iam inde vſque à puero, iam à puero, à pueris, vſque à pueris, & à puero, iam inde ab adoleſcentia, iam inde vſque à pueritia: modi ſunt loquendi, natiuo Latinitatis candore reſperſi, nō interpretis, ſed ſtudioſi imitatoris egentes.

A puero

A puero.

Plautus in Sticho: Iam inde à puſillo puero ridiculus fui. Cicero in Tuſculanis: Homini præſertim docto à puero, inſtitutis & artibus ingenuis erudito. Titus Liuius de bello Punico. Iam inde à puero aſſuetus.

Iam à pueris, & à pueris.

Terentius in Heauton. Qui nos putãt iam à pueris ilicò naſci ſenes. Titus Liuius de bello Punico: Ita ſe à pueris aſſuetos.

Vſque à pueris, & iam inde vſque à pueritia.

Terentius in, Adelphis: Vſque à pueris curaui ambos ſedulò. Idem in Heautont. Nam mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas.

Iam inde à cunabulis, & inde ab incunabulis.

Varro de re Ruſtica: Iam inde à cunabulis. Titus Liuius ab vrbe condita: Inde ab incunabulis imbutus odio Tribunorum.

Iam inde ab initio.

Titus Liuius ab vrbe condita: Iam inde ab initio præparans animos. Ibidẽ: Iam inde ab initio. Ibidẽ. Iam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat Regiam ſtirpẽ apud ſe educari. Ibidem: Vt inſtitutum iam inde ab initio erat.

Inde à principio, & iam inde à principio.

Plautus in Bacchidibus: Inde à principio iam impudens epiſtola eſt. Idem in Caſina: vt vos mihi equos iam inde à principio dicam. Cicero pro Cornelio Balbo O iura præclara, atque diuinitùs iam inde à principio Romani nominis à maioribus noſtris comparata. Titus Liuius de bello Punico: Iam inde à principijs gentis maiores ſuos bella geſſiſſe.

Iam inde ab adoleſcentia.

Plautus in Bacchidibus. Hi ſenes niſi fuiſſent nihil, iam inde ab adoleſcentia non hoc tantum flagitium facerent. Terentius in Adelphis: Is adeò diſſimili ſtudio eſt ab adoleſcentia.

Iam inde à certaminibus.

Titus Liuius ab vrbe condita: Iam inde à paternis certaminibus inuiſus.

Iam inde à teneris.

Virgilius in Georgicis.

Iam inde à teneris impende laborem.

Cicero de Oratore: Eſt enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Ariſtotele conſtitura. Tit. Liuius de bello Macedonico: Tentare gentem auerſam Romanis iam inde ab Racilli morte.

Id temporis.

Id temporis, per id tempus, id ætatis, hoc ætatis, id horæ, eò loci, quò loci, elegantiſſimo dicendi modo ſcriptũ apud illos veteres comperitur, quod eſt obſeruatione & imitatione digniſſimnm.

Id temporis, per id tempus.

Varro de re ruſtica: Itaque eorum fructus id temporis maximè conſiſtit. Ibidẽ: Quód ibi ſæpè id temporis oriũtur nimbi. Cicero de Oratore: Et noſipſi, quoniam id temporis eſt, valetudini demus operam. Ibidẽ: Sed nunc quidem, quoniã id temporis eſt, ſurgendum cenſeo. Idem de finibus bonorum & malorũ: Quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Idem Attico: Venit enim à me & quidem id temporis, vt retinendus eſſet. Idem pro Milone: Deinde profectus id temporis, cùm iam Clodius, ſi quidem eo die Romam venturus erat, redire potuiſſet. Idem in Catilinam. Quos ego iam multis, ac ſummis viris ad me id temporis venturos eſſe prædixeram. Titus Liuius ab vrbe condita: Vt purgaret ſe, quòd id temporis veniſſet. Hircius in Commentarijs: Id temporis conati ad murũ accedere, vt oppidum caperent ibidem: Incidit idem temporis ibidẽ: Per idẽ temporis. Cicero in Bruto: Et quidẽ duo fuerunt per idẽ tẽpus diſſimiles inter ſe. Hircius in Commentarijs: Per id tempus ferè Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu.

Id ætatis.

Plautus in Aſineria. Neque pudit eum id ætatis Sycophantias ſtruere. Cicero Torannio: Ita viximus, & id ætatis iam ſumus, vt omnia quæ noſtra culpa nobis accidunt, fortiter ferre debeamus idem in Oratore: Quoniẽ id nobis Antoni, hominibus id ætatis oneris imponitur. idem pro Aulo Cluentio: Se in balneis cum id ætatis filio fuiſſe idem in arte Rhetorica: Cùm id ætatis, & priuatus eſſem

eſſem.idem Attico:Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutiùs retinuiſſet.idem pro Lucio Flacco : Qui quoniam eſt id ætatis. Titus Liuius ab vrbe condita : Quis,& cuias,& cur id ætatis in caſtris fuiſſet.ibidem: Qui ſe id ætatis ſolicitaſſent,

Hoc ætatis, Quid ſis ætatis.

Plautus in Trinummo : Quanquã hoc me ætatis ſycophantari pudet idẽ in Bacchidibus: Cenſebã me effugiſſe à vita maritima,ne nauigarem tandẽ hoc ætatis ſenex.ibidem: Pudet hoccine ætatis ludum ijs factum eſſe indignè ibidem:Hoc demũ eſt quod percutior,me hoc ætatis ludificari idem in Perſa:Ego ſcio quid ſis ætatis.

Eo loci, quo loci.

Cicero Attico:Res eodem eſt loci,quò reliquiſti.Vlpianus de iudicij,l.Heres.Defendere ſe eo loci debebit.Idem eodem titulo,l.Sed etſi:Si ea res,quæ per fideicommiſſum relicta eſt,eò loci ſit,dicendũ eſt non debere præſcribi.idẽ de noui operis nũciatione,l.De pupillo Qui eò loci operantur.idem de Senatuſconſulto Sillaniano,l.Cùm aliter: Quicunque eò loci fuerunt,vnde vocem exaudire potuerant.Vitruuius:Quò loci deſcribuntur lineæ.

IVRARE CONCEPTIS VERbis,Periurare.

IVrare conceptis verbis,& Periurare , modus eſt loquẽdi apud veteres Formula enim quædã iuraturo proponebatur certis notatis verbis,in quam iurandũ eſſet,quãdoque abſolutè cõceptis iurare dicebatur. Plautus in Aſinaria: Vbi verbis cõceptis ſciens libenter periuraris.idem in Ciſtellaria:At ille conceptis iurauit apud matrem meã idẽ Mercatore: Conceptis verbis iam iuſiurandum dabo. Idem in Truculento:Quid ſim iubeat intromittere? conceptis me non facturum verbis iurem ? Idem in Bacchidibus : Ego iuſiurandum conceptis verbis dedi. Cicero pro Aulo Cluentio : Dixiſſe ſcire illum verbis conceptis peieraſſe.

Iurare in verba.

Iurare in verba,id eſt,quod iuramento promittere,ſeruare ea , quæ verbis conceptis eſſe promiſſa,& modus eſt ita loquendi.

Horatius:

In verba iurabis mea. Idem.

Nullius addictus iurare in verba magiſtri.

IMPINGERE.

NOn eſt impingere quod Adſcribere, aut attribuere, vt nonnulli inſulſè volunt ſed in faciem, aut oculos iactare, vt infrà. Cicero de Tuſculanis: Huic calix mulſi imdingendus eſt, vt plorare deſinat, aut aliquid eiuſmodi. Idem ad Atticum: Impegit formulam Scaptio. Virgilius: Impingeret agmina muris.

INFANTIA.

INfantia non pro ætate ſolùm, ſed pro dicendi inſcitia ab veteribus illis ponebatur. Cicero Attico: Omnino accuſatoris incredibilis infātia. Idem pro Cluentio: Si nihil dixiſſem ne infantiſſimus: ſi multa in eiuſmodi cauſa dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer.

IMPRESSIO.

QVID SIT IMPRESSIO, diu multumque meditans, cùm apud nonnullos reperiſſem impreſſionem factam eſſeadductus ſum vt id eſſe crederem, quod per impetum, quod quaſi per impreſſum terrorem fiat. Varro libro 2. rerum ruſticar. Hoſtes ſe arbitrati occaſionem habere victoriæ, impreſſionem facere cœperūt in caſtra. Idem de lingua Latina: Piſo in Annalibus ſcribit, Sabino bello, quod fuit Romulo & Tatio ſuperſtitibus, virum fortiſſimum Metium Curtium Sabinum, cùm Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, Curtium in locum paluſtrem, qui tum fuit in foro antequam cloacæ ſint factæ, ſeceſſiſſe, atque ad ſuos in Capitolium recepiſſe, ab eo lacum inueniſſe nomen. Cicero pro Lucio Flac. Non igitur impreſſio, non occaſio, non vis, non tempus, non imperium, non ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Hircius in Commentarijs. Vt omnium multitudine in fines Sueſſionum, qui Remis erāt attributi, facerent impreſſionem. Ibidem: Cæſar equitum turmas ſuorum iubet in hoſtium equitatum qui ad oppidum in ſtatione erat, facere impreſſionem. Ibidem: Quo facto ſui ſublati vniuerſi in hoſtes impreſſione facta, in fugam aduerſarios dederunt Tit. Liuius ab vrbe cond, Poſtquam impreſſionem ſenſere

ſere ex aduerſo factam, & ante oculos micare gladios. Ibid. Duo extra ordinem millia, quem in ſiniſtrum cornu, Romanorum in ipſo certamine impreſſionem faceret, tenuêre. Ibid. Impreſſione vna totum equitatum fudêre. Ibidem: Repetendo ſigno primam impreſſionem factam. Ibidem: Reintegrato clamore ſecuti dant impreſſionem. Ibidem Dein valida impreſſione pulſi, terga vertunt. Ibidem: Non ferentes impreſſionem Latinorum, ſed ad principes retulêre.

INIRE GRATIAM.

INire gratiam, inire rationem, inire Magiſtratum, inire conſilium, inire pugnam, modi ſunt loquendi, Romano candore conditi, & memoriæ maximè mandandi.

Inire gratiam, & cum præpoſitione A vel Ab.

Plautus in Curculione: Inibis à me ſolidam, & grandem gratiam. Idem in Trinummo: Hoc pacto ab illo inibis ſummam gratiam. Idem in Aſinaria: Benè hercle facitis, & à me initis gratiam. Idem in Sticho: Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil deſidero. Idem in Moſtellaria: Eandem inibis gratiam. Idem in Ciſtellaria: Hanc inibo gratiam ab illis. Ibidem: Et eo à me magnam iniſtis gratiam. Ibidem. Si eam demonſtret, ineat magnā gratiam. In Epidico: Si iſt hunc hominem, quem tu quæritas, tibi commonſtraro ecquam abs te inibo gratiam? Terentius in Adelphis: Ego lepidus ineo gratiam. Idem in Eunuch. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Idem in Hecyra: Vt gratiam ineat ſine diſpendio ſuo. Cicero Seruio Sulpit. Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabatur. Idem de Officijs: Sin erunt merita, vt non ineunda, ſed referenda ſit gratia, maior quædam cura adhibenda eſt. Idem in Verrem: Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ, defenſor periculorum tuorum, præſertim cùm inire à populo Romano gratiam poſſet nemo. ibidem: Vt idem Pompeius non ab homine ſolùm, ſed etiam à prouincia tota ſe huius abſolutione inire gratiam arbitraretur. Cæſar in Commentarijs: Qui ſe ſummam à Cæſare gratiam ituros putarent. Titus Liuius de bello Macedonico: Apud regem gratiam initam volebant. idem de bello Punico:

Gratiam magnam apud Hannibalem inituros. idem de bello Macedonico: Vt dum liceret, gratiam inirent.

Inire rationem.

Cato de re Ruſtica: Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarum dierum. Cicero in Verrem: Mihimet ineunda ratio, & via reperiunda eſt, qua ad Antonij, ſiue adeò qua ad iſtius ingenrem immanemque prædam poſſim peruenire. Idem Rufo: A me inita ratio eſt, quam quidam omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant. Idem Seruio Sulpitio: Adiuues, ineaſque rationem, quemadmodum illa mulier Romam perducatur. Idem contra Rullum: Inietur ratio quæſtus de veſtra pecunia. Cæſar in Commentarijs: Vt quò primùm curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſet. Titus Liuius ab vrbe condita: Ab eodem inita ratio eſt. Ibidem: Inita tandem ratio eſt, vt quod viribus deerat, arte æquaretur. Ibidem. Ne oppugnandi certa ratio iniretur. ibidem: Haud facilè inibatur ratio iubendi. ibidem: inita ratione minuendi eius: ibidem? Vt ſe rationem inire poſſe, vtrum à ſe audaciùs, an fugaciùs ab hoſtibus geratur bellum. idem de bello Punico: Rationem inijt, qua Senatum ſeruaret. ibidem: Ne tantum bellum efficerent, inibatur ratio. ibidem: Se aliquam rationem inituros, quomodo ab Hiſpanis ſumant. idem de bello Macedonico: Atque ego nonnullarum cupiditatum, nec cauſam quidem, aut rationem inire poſſum.

Inire conſilium.

Dicero ad Brutum: Conſilia inire cœpi Brutina planè. Titus Liuius de bello Punico: inde conſilia inire cum genero cœpit. idem ab vrbe condita: Qui regni recuperandi conſilia iniſſent. Cæſar in Commentarijs: Vnà cum Ambiorige conſilium inierat.

Inire pugnam, & prælium.

Plautus in Amphitrione: Antequàm cum Taphijs à te pugna ſit inita. Titus Liuius de bello Punico: Tentata veriùs pugna, quàm inita eſt. idem ab vrbe condita: Hoc vltimum vtrinque intium, finitumque eſt prælium.

Inire vrbem.

Titus Liuius ab vrbe condita: Vt ouans ſine militibus vrbem

vrbem iniret. ibidem: Triumphantes victore cum exercitu vrbem inierunt.

Inire Conſulatum.

Titus Liuius ab vrbe condita: Conſulatum ineunt.

Inire numerum interfectorum.

Idem de bello Macedonico: Numerus interfectorum haud facilè iniri potuit.

Inire interregnum.

Idem ab vrbe condita: Tertio die quàm interregnum inieras, Conſules creat.

Inire epulas.

Cicero in ſecundo de Legibus: Sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati.

Inire conuiuium:

Idem in Verrem actione ſexta: Quo cum inire conuiuum nemo vnquam, niſi turpis impuruſque voluiſſet.

INTENTARE MORTEM, *manus.*

INtentare mortem, intentare manus, modo loquendi elegantiſſimo veteres illi frequenter vſi ſunt: id enim ſignificat, quod mortem comminari, manus ferè inijcere. Cicero pro Milone: intentauit verò ſeruos? non arma? non vim? idem in Tuſculanis: is ardentes faces intentat.

Virgilius:

Præſentemque viris intentant omnia mortem.

Ouidius in Metamorphoſi:

Conatæque loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus.

Cicero pro Milone: itaque quando illius poſtea ſica illa, quam à Catilina acceperat conquieuit? Hæc intentata nobis eſt, huic ego vos obijci pro me non ſum paſſus. Aſconius Pædianus: Circumuenti ſunt ante tribunal eius accuſatores, à notis operarum ducibus, ita vt mors intentaretur, ſi mox non deſiſterent. Titus Liuius ab vrbe condita. prænestinis iam intentare arma. ibidem: Dictatorũ fulmen in ſe intentatum. ibidem: Virgas & ſecures victoribus intentari. ibidem: Gladij etiam plerisque intentati: idem de bello Macedonico. Cùm intentaſſent magis, quàm iniſſent certamen. Hircius in Commentarijs: Et ei manus intentari cœperunt.

INSTAR.

INſtar abſolutè, & ſine genitiuo, eliquando pro exem-exemplari ponitur. Virgilius:

Tantum inſtar in ipſo eſt.

Vlpianus de operis nouis nuntiatione, l. Stipulatio: Si proponatur inſtar quoddam operis, quaſi facies quędam fedam facti operis.

IACERE AD PEDES, PRO-
uolui, procumbere ad pedes,
& ad genua.

IAcere ad pedes, prouolui ad pedes, procumbere ad pedes, & ad genua, eleganter optimi illi autores dixerunt. Cicero in Verrem: Mihi ad pedes miſera iacuit

Incidit mihi.

Terentius in Andria: Nam quî tibi iſthæc incidit ſuſpitio? Cæſar in Commentarijs: Tantus terror incidit eius exercitui.

IVRE TVO, IVRE MEO.

IVre tuo, iure meo, pro tuo iure, pro meo iure, id eſt, quod multi inſulſè dicunt, Tuo modo, meo modo, ad voluntatem tuam, ab beneplacitum, & alia, quæ non tam audire, quàm commemorare pudet. Cicero in Oratore: Pro meo iure ſumo Idem Cælio: Vt ad te familiariter, & quaſi pro meo iure ſcriberem. Idem Attico: Itineris noſtri cauſa fuit quòd non habebant locum, vbi pro meo iure diutiùs eſſe poſſem, quàm in fundo Sicæ. Idem de finibus bonorum & malorum: Satiſne vobis videor pro meo iure in veſtris auribus commendatus? Idem pro P. Sextio: Quare moneo vos adoleſcentiores, atque hoc meo iure præcipio. Idem in Verrem: Meo iure enim contendam. Vlpianus de damno infecto, l. Proculus: Si iuxta mea ædificia habeas ædificia, eaque iure tuo altiùs tollas. Cicero Seruio Sulpitio: Vt ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi iure ſuo denuntiare. Idem Cælio: Sed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quæ ſe omnibus promulgaret, quæ haberet palàm decretum ſemper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure ſuo libidines omnium commearent. Idem in Verrem: Quem iure ſuo adire, aut appellare poſſet. Neratius ne vſufructu Vſufructuarius nouum tectorij parietibus qui rudes fuiſſent, imponere non poteſt: quia tamet ſi meliorem excolendo ædificium domini cauſam

cauſam facturus eſſet, non tamen id iure ſuo facere poteſt. Cicero pro lege Manilia: Præſertim cùm tam ſuo iure populus Romanus in homine ſuam autoritatem, vel contra omnes qui diſſentiunt, poſſit defendere. Idem pro Au. Licinio Archia poëta: Earum rerum omnium, vel in primis hic Aulus Licinius fructum à me repetere propè ſuo iure debet. Ibidem: Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas. Idem pro Sex Roſcio Amerino: Tametſi meo iure poſſum. Idem in Antonium: Venio nunc ad reliquos conſulares, quorum eſt nemo (iure meo hoc dico) qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ.

INSTRVERE HORTOS, NAVEM, fundum, domum.

HVnc quoque loquendi modum antiqui ſuis ſcriptis venuſtiſſimè interſeruerunt. Dicebant enim, inſtruere hortos, inſtruere nauem, fundum, domum, & huiuſmodi: quo nihil aliud ſignificatur, quàm comparare in hortis neceſſaria, in naui, in fundo, domi, vt nihil, quod vſui aut ornamento ſit, illis deſit. Cicero de Officijs: Emit hortos, & emit inſtructos. Iulianus ad legem Rhodiam, de iactu, lege, Nauis aduerſa: Hic enim ſumptus inſtruendæ magis nauis, quàm ſeruandarum mercium gratia factus eſt. Scæuola de peculio, l. Filiofamiliâs: Cui ex hæredibus prædia prælegauit, vt inſtructa erant cum ſeruis. Idem eodem titulo, l. Vni ex hæredibus prædia prælegauit, vt inſtructa erant cum ſeruis. Idem eodem titulo, l. Vni ex hæredibus prædia legauit, vt inſtructa erant cum ſeruis, & cæteris rebus, & quid ibi eſſet. Vlpianus locati & conducti, l. Si addes: Dolia vtique colono eſſe præſtanda, & prælum, & trapeta inſtructa funibus: ſi minùs, dominum inſtruere ea debere. Idem de verborum ſignificatione, l. Inſtructam autem tabernam ſic accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negociationem paratis conſtat. Iabolenus de fundo inſtructo, l. Si cui fundum & inſtrumentum legare vis, nihil intereſt quomodo leges, fundum cum inſtrumento, an fundum inſtructum. Scæuola eodem titulo, l. Nepoti legauerat prædia, quæ regione certa habuerat, vt inſtructa ſunt, cum vino, grano, calendario. Vlpianus eodem titulo, l. Quæſitum: Et Sabinus libris ſuis ad Vitellium ſcribit fatendum eſſe, plus eſſe, cùm inſtructus fundus legatur, quàm

quàm ſi cum inſtrumento. Et ſubdit: Proinde ſi fundus ſit inſtructus legatus, & ſuppellex continebitur, quæ illic fuit vſus ipſius gratia. Et ſubdit: Idem reſpondit, inſtructis horreis legatis, etiam vina quæ ibi fuerunt, quo dominus eſſet inſtructior, contineri: aliud eſſe, ſi horrea ibi habuit, vnde inſtruebatur, vel in vrbe, vel in alijs prædijs. Pomponius eodem titulo, l. ſi ita teſtamento ſcripſit, quæ tabernarum exercendarum, & inſtruendarum, priſtini, cauponæ cauſa facta, parataque ſunt, do, lego. Scæuola eodẽ titulo, l. Prædia: Fundum legaui in hæc verba: Sempronio fratri meo hoc amplius, fundos meos, ita vt inſtructi ſunt, Caſſianum, Meuianũ cum ſuis ſalictis & ſyluis. Idem eodem titulo, l. Lucius Titius: Fundum, vti erat, inſtructus, legauerat.

ITEM ET ITA.

NIl vulgatius eſt particula item: at interior latet ſenſus, quo dici non poteſt, quàm eleganter vſi fuerint perfecti illi autores: ex infrà ſcriptis locis diſcrimẽ, quod ſit in eo aduerbio, latè patebit. Meo tamẽ iudicio id quandoque ſignificat, quod Ita, quãdoque quod Autem, quandoque quod Similiter: Plautus in Aulularia: Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem, factioſum, me item eſſe hominem pauperũ pauperrimum. Terentius in Andria: ſed poſtquam amãs acceſſit ad eam precium pollicens, vnus & item alter. Cicero in Oratore: Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum, altitudo nos delectat: radices ſtirpesque non item. Ibidem: Ita ſit, vt non item in oratione, vt in verſu numerus extet. Idem in arte Rhetorica: Inferius non item. Ibidem: Quæ omnia item vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. Idem in Academicis: Non enim fortuitò hunc artificem dicemus eſſe, illum negabimus. Sed cùm alterum percepta & comprehenſa tenere videamus, alterum non item. Idem in Tuſculanis: ſed corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item. Idem: in libera ſeruauit, in libero non item. Idem in Catilinam: Deinde item accerſitur L. Statius. Idem de Diuinatione: Qui magis anguibus quàm lacertis? quàm muribus? quia ſunt hæc quotidiana, angues non item. Idem in Rullum: ſed quæro à te, putésne, ſi populus iuſſerit me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe, id iuſſum ratum, aut firmum

futu

futurum? Vitruuius: Non enim vt Babylone abundantes liquido bitumine pro calce, & arena, & coćto latere factum habet murum. ſic item poſſunt omnes regiones, ſeu locorum proprietates habere tantas eiuſdem generis vtilitates. Cicero in Tuſculanis: ſic illi in morbum & incidũt tardiùs, & recreantur ocyùs: hebetes non item. Idẽ in Verrem: Faciebant hoc idem in cæteris ciuitatibus grandes natu matres, & item paruuli liberi miſerorum.

In rem eſſe, ex re tua, è dignitate, è Republica.

Iurarem nihil me in vita ſuauius his floſculis odorari, quos è diuerſis lectionibus, quaſi è topiario quodã opere collegi. Nam inter cætera, quanto candore renitet illud- Ex re tua, è dignitate, è Republica, interdum iucunda varierate intermixtum: In rem tuam, in rem meã, quòd non tamen in Rempublicam item dicitur: quãdoque ſine pronomine abſolutè, in rem: vt palàm ſit, certum quendam modum loquendi, eumq́ue ſtatum ac fixum apud veteres illos eſſe, qui orationem veluti quoddam ſolis iubar illuminet. Plautus in Pſeudolo: Quaſi quid in rem ſit, poſſimus noſcere. Idem in Aulularia: Quod in rem eſſe vtrique arbitremur. ibidem: In rem hoc tuam eſt. ibidem: Hæc tu eadem ſi confiteri vis, in rem tuam feceris. Ibidem: iſtud in rem vtrique eſt maximè. Idem in Amphitrione: Quæ maximè in rem veſtram communem ſient. Idem in Menechmis: alij ſunt ita, vt in rem eſſe ducunt ſuam. Saluſtius in Catilina: in rem fore credens vniuerſos appellare. Terentius in Phormione: Non hercle ex re iſtius, me inſtigaſti. Idem in Hecyra: Neque enim eſt in rem noſtram, vt quiſquam amator nuptijs lætetur. Cicero Attico: Summa erit hæc, ſtatues vt ex fide, fama, req́ue mea videbatur. Idẽ Bruto: Facis ex tua dignitate, & ex re publica. Eidem: ſi minùs incommodo Reipub. facere poſſes, ſiue non exiſtimares ex Repub eſſe. Eidem: Et tu ſi arbitrare vtile fore, & ex Reipub. eſſe, perſequere bello Dolabellam. Saluſtius in Catilina: Certè ſcio quæ ſtudio dixerit, è Republ. dixiſſe. Titus Liuius ab vrbe condita: ad comparanda ea, quæ in rem opus erant, tempus habuit. ibidem: Faceret, quod è Repub. fideq́ue ſua duceret. Idem de bello Macedonico: Nec cogitaret modò, imperaretq́ue quæ in rẽ eſſent, ſed pleraque ipſe tranſigeret. ibidem: Loquendo plura, quæ in rem non eſſent, de conſumpto. ibidem: Hortatur, imperat,

rat,quæ in rem ſunt.Idem de bello Punico:Vt ſi è Repub. cenſeret eſſe,veniret.ibidem:Vtrunque inquit, è Republica fuit,patres conſcripti.

INFORMARE.

BOnam partem in Latinitate obtinet hoc quoque verbum informare,præteritum quidem à multis,aut non obſeruatum Eſt enim informare,rem aliquam inchoare, nec omnino perficere,ſed principium operi quodammodo informe & impolitum dare:vt ſi aut figulus vaſculum fingere,aut faber ſtatuam dolare cœperit, vt infrà clariùs patebit.Varro de lingua Latina: Quæ videretur analogia in oratione,& quas haberet ſpecies,& quæ de ijs ſequenda videretur,vt breuiter potui,informaui.Cicero Attico: Quod ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta non eſſet,quam tu quoque approbas,næ tu haud multùm requireres illum virum,qui in ſexto libro informatus eſt.Eidē: Hæc eſt informata adhuc cogitatio.Eidem:Tanta erat in illis crudelitas,tanta cum barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim,ſed generatim proſcriptio eſſet informata.Idem de Oratore: Referamus nos igitur ad eum, quem volumus inchoandum,& eadem eloquentia informandum.ibidem:Ac primùm informandus eſt ille nobis, quem ſolum quidam vocant Atticum.ibidem:Valētiorum hæc laterum ſunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda,aut poſtulanda.ibidem:Verùm ego non ſolum arbitrabar,his præſertim audientibus,à me informari oportere, qualis eſſe poſſet is, qui habitaret in ſubſellijs. ibidem: Vnius verbi imagine totius ſententiæ informatio.ibidem:Atque ego in ſummo Oratore fingēdo talem informabo,qualis fortaſſe nemo fuit. Idem pro P.Quintio.Neque tamē iam verba multa faciam,propterea quòd & ab illo,qui antè dixit, iam informata cauſa eſt. Idem pro P.Sylla:Vt dicitis,informat ab hoc adumbratum iudicium filij.Idem de finibus bonorum & malorum: Dicitis informari nòn poſſe virtutem, ſi quidquam niſi quod honeſtum ſit,numeretur.ibidem:Et ſummatim quidem hæc erant de corpore,animoq̀ue dicenda,quibus quaſi informatum eſt,quod hominis natura poſtulat. Idem de natura Deorum:Magnam turbam congreget ignotorū deorum: atque ita ignotorum,vt eos ne coniectura quidem informare poſſimus, cùm mens noſtra quiduis videatur

cogi

cogitatione poſſe depingere. ibidem: Quæ enim nobis natura in formationem Deorum ipſorum dedit, eadē inſculpſit in mentibus. Virgilius.

His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat.

Cicero pro Aulo Licinio: Nam vt primum ex pueris exceſſit Archias, atque ab ijs artibus, quibus ætas puerilis ab humanitatem informari ſolet, ſe ad ſcribendi ſtudium contulit.

IVBEO TE BENE VALERE, HAbere bonum animum, ſaluere.

Iubeo te benè valere, iubeo te habere bonum animum, iubeo ſaluare, modus eſt loquendi elegantiſſimus, & ferè iam vbique ac paſſim neglectus. Plautus in Perſa: Iubeo habere animum bonū. Idem in Aſinaria: Saluere iuſſi Libanum libertum. Cicero Attico: Dionyſium iubeo ſaluere. ibidem: Dionyſium velim ſaluere iubeas. ibidem: Quem ſaluere velim iubeas plurimum. Horatius.

Rufum ſaluere iubemus.

INTEGER.

Non minimum (vt reor) intereſt literariæ Reipub. agnoſcere hoc nomen *Integer*, quid interiore ſenſu ſignificet: quod incuria & negligentia diu fuit ab omni propè vſu remotum. Eſt enim Integer aliquādo quod validum, firmum, vegetum, ſobrium. Cuius contrarium eſt feſſum, ſaucium, vitiatum, languidum, vinoſum: vt ex autoritatibus planum fiet. Cicero pro L. Murena: Integrorum & fortunatorum promiſſis ſaucios & miſeros credere non oportere. Idem Attico: Eumq́ue vidi planè integrū. Idem de natura Deorum: Multò plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & vino, perturbata & cōfuſa cernimus. Cæſar in Commentarijs. Cùm crebrò integri defeſſis ſuccederent. ibidem: Vt integri defeſſis ſuccedant. ibidem: Non facilè recentes atque integros ſuſtinebant. ibidem: Integros defatigatis ſubmittens. Cornelius Celſus: Neque enim hæc ſolùm conſideranda ſunt, ſed etiam morbi genus quod ſit: vtrum ſuperans, an deficiens materia læſerit: corruptum corpus ſit, an integrum. Titus Liuius ab vrbe condita Romanus integer, ſatiatuſq́ue ſomno productus in aciem, feſſum ſtando, & vigilijs Volſcum primo impetu perculit. Horatius.

Rancidum aprum antiqui laudabant,non quia naſus
Illis nullus erat:ſed credo hac mente,quòd hoſpes
Tardiùs adueniens vitiatum commodiùs,quàm
Integrum edax dominus conſumeret.

Integer animi,vitæ,mentis.

Inde per translationem dici cœptum eſt, Integer vitæ, integer animi, integer mentis. Cicero in arte Rhetorica: Integer animi fuiſſe demonſtratur.

Horatius

Integer eſt animi. Idem.
Integer eſt mentis Damaſippus. Idem.
Integer vitæ, ſcelerisque purus.

Sanguis etiam integer dictus eſt.

Plautus in Truculento: Adoleſcens cùm ſis, tum cùm eſt ſanguis integer. Virgilius.

Vos ô quibus integer æui.
Sanguis, ait.

Cornelius Celſus: Si ſanguis craſſus, & niger eſt, vitioſus eſt: ſi rubet, & pellucet, integer eſt.

In loco.

In loco: Modo hoc dicendi comprehendimus id eſſe, quod oportunè, & captato (vt aiunt) tempore. Terentius in Heautont. Eho laudas qui heros fallunt? Reſpondetur, in loco ego verò. Horatius:

Dulce eſt deſipere in loco.

IN MANVM CONVENIRE.

E Penetralibus diui Ciceronis effodi nuper (meo iudicio) à paucis obſeruatum, quid ſit, in manum conuenire. A quo dicendi modo tantum poſteri abfuerunt, vt nulla eiuſmodi (quod legerim) extet memoria. Cicero in Topicis: Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ei viro materfamiliâs eſſet, ſi ea in manum non conuenerat, nihil debetur. Genus eſt enim vxor, eius duæ formæ ſunt, vna matrumfamiliâs, hæ ſunt quæ in manum conuenerunt: altera earum, quæ tantummodò vxores habentur, qua in parte cùm fuerit Fabia, legatum ei non videretur. ibidem: Ab effectis rebus, hoc modo: Cùm mulier viro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. idem pro L. Flacco. in manum, inquit, conuenerat, nunc audio: ſed quæro, vſu, an coëmptione? vſu non potuit, nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium

nium tutorum autoritate diminui: coëmptione omnibus autoribus. Papinianus de verborum obligatione, l. Ex ea parte: Mulier ab eo, in cuius manum conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta quamuis mendum ſit implerique codicibus qui in mattimonio, non in manum conueniebat, habent. Boëtius ſuper Topicis Ciceronis: Nunc de propoſito videamus exemplo, Vxoris ſpecies ſunt quæ vna matrum familias, altera vſu, ſed communi generis nomine vxores vocantur. Fit verò id ſæpè, vt ſpecies eiſdem nominibus nuncupentur, quibus & genera. Materfamilias verò eſſe non poterat, niſi quæ conueniſſet in manum: hæc autem certa erat ſpecies nuptiarũ. Tribus enim modis vxor habebatur, vſu, farre, coëmptione. Sed confarratio ſolis pontificibus conueniebat. Quæ autem in manũ per coëmptionem cõuenerant, hæ matresfamiliâs vocabantur, quæ verò vſu vel farre minimè. Coëmptio verò certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coëmendo inuicem interrogabant. Vir ita, an ſibi mulier materfamiliâs eſſe vellet? illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamiliâs eſſe vellet? ille reſpondebat, velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem, & erat mulier materfamiliâs viro loco filiæ. Quam ſolennitatem ſuis inſtitutis Vlpian. exponit. Quidam igitur extremo iudicio omne Fabiæ vxori legauit argentum, ſiquidem Fabiæ ei non vxor tantùm, verumetiam certa ſpecies vxoris, id eſt, materfamiliâs eſſe. Quæritur, an vxori Fabiæ legatum ſit argentum. Vxor Fabia, ſubiectum eſt: legatum argentum prædicatum. Quæro igitur, quódnam ex ijs argumentum ſumere poſſim, quæ in quæſtione ſunt poſita? ac video vxori duas in eſſe formas, quarum vna tantùm vxor eſt altera meterfamiliâs, quæ in manum conuentione perficitur: quòd ſi Fabia in manum non conuenit, nec materfamiliâs fuit, id eſt, non fuit ea ſpecies vxoris, cui argentum omne fuit legatum. Quocirca quoniam id quod de alia ſpecie dicitur, in aliam dici non conuenit: cùm Fabia præter eam ſpeciem ſit, quæ in manum conuenerit, id eſt, quæ mater familiâs ſit, & vir matrifamiliâs legauerit argentum, non videtur Fabiæ eſſe legatum. Quomodo igitur dictum eſt, an vxori Fabiæ omne argentum legatum ſit? Subiectum. vxor Fabia: prædicatum verò legatum ar-

gentum. Argumentum ab eo quod eſt in ipſo de quo quęritur, id eſt, ab eo quod eſt in vxore, de qua quæritur. Eſt autem in vxore, de qua quæritur, ſpecies vxoris, ea ſcilicet, quæ in manum non cõuenit, quæ ad eum adfecta eſt. Omnis enim ſpecies ad ſuum genus refertur, id eſt, omnis forma. Factũ eſt igitur argumentum ab eo, quod eſt in ipſo, ab effectis, à forma generis. Maxima propoſitio eſt, quod de vna ſpecie dicitur, idem in alterã non conuenire.

IMPORTVNVS.

IMportunus, præter manifeſtum ſenſum id obſeruaui à bonis illis autoribus, ſignificare, quod deteſtandum, aut execrandum. Terentius in Andria: Importunitatem ſpectate aniculæ obſecro, quia compotrix eius eſt. Horat. Importuna tamen pauperies abeſt.

Cicero pro Cluentio: Repentè eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido. Ibidem: Furere crudelis, atque importuna mulier, ſibi nequaquam vt ſperaſſet ea quæ cogitaſſet. Ibidem: Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet. Idem de prouincijs conſul. Propter illud inſigne ſcelus eorum, & importunam in me crudelitatem. Idem pro P. Sextio: Duo importuna prodigia, quos egeſtas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas Tribuni plebis conſtructos addixerat Ibidem: Sed putaui tamen coniuratorum copias veteres, & effuſam illam, ac ſuperatã Catilinæ manum importunam, nouo duce renouatam. Idem in Piſonem: Facio iniuriam fortiſſimo viro mortuo, qui illum cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cum hac importuna bellua conferam. Idem pro Cluentio: Huius importunitatem matris à filij capite depellite. Idem de Amicitia: Quanquam miror pro illa ſuperbia, & importunitate, ſi quempiam amicum habere potuit. Idem in Catilinam: Egredere cum importuna ſceleratorũ manu. Ibidem: Quis denique ita aſpexit, vt perditum ciuem, ac non potiùs importuniſſimum hoſtem? Ibidem: Mihi quidem importunus, ac ferreus, qui non dolorem cruciatu leniret. Idem in Verr. Iſtius immanis, atque importuna natura. Ibidem: Furor enim quidam ſceleris, & audacię comes, iſtius effrenatũ animam importunamque natu-

naturam tanta oppreſſit amentia.Ibidem:Nunc autem poſt obitum quidem huius importuniſſimę peſtis quiſquam reperiretur,qui ſua voluntate araret.In Antonium:Tu illarum ædium dijs penatibus os importuniſſimum oſtendere auſus?.bidem.Non poſſum æquo animo videre tam importunos, tam ſceleratos hoſtes.ibidem : Quin nulla ſocietas cum illa importuniſſima bellua eſſe poſſet.idem pro Rabirio perduellionis reo:Te ex illa crudeli, importuna,non Tribunitia actione, ſed Regia,meo conſilio,virtute,autoritate eſſe depulſum.idem contra Rullum:vt intelligatis ad certorum hominum importunam auaritiam hoc populare legis Agrariæ nomen eſſe quæſitum. Titus Liuius ab vrbe condita:Quæ crudeliſſimi, & importuniſſimi tyranni ſcelera in oppreſſos ciues edunt. ibidem importunos decem viros iniunxiſſe, vt perennem militiam facerent. Virgilius:

Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Inuictiſque viris geritis. Ouidius:
Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat.

Cicero de Natura Deorum : Varius homo importuniſſimus perijt ſic:quia Druſum ferro.Metellum veneno ſuſtulerat. Idem pro P.Sylla:Itaque P.Sylla hoc importuniſſimo tum honoris,tum calamitatis ſocio atque comite , & ſecundas fortunas amittere coactus eſt.ibidem : Repentè iſta tanta importunitas inauditi ſceleris exarſit.idem pro Rege Deiotaro: Cuius tantæ importunitatis omnium gentium atque omnis memorię clariſſimum lumen extinguere.Idem Qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum:Si modò vultum importunum in forum detuliſſet.idem ad Pontifices. Quæritur etiam importuna peſtis ex ore impuriſſimo.idē pro Lucio Murena:Illa peſtis immanis, importunæ Catilinæ porumpet,quà poterit.idem de Reſponſis Aruſpicū: Videbam illud ſcelus tam importunum.

IN HVNC DIEM, IN HVNC annum, in hanc horam.

QVod aliqui,pro hoc die, pro hoc anno, pro hac hora ineptè dicunt.Antiqui illi in hunc diem,in hunc annum, in hanc horam dicebant Similiter , quod dicunt pro

die craſtino,perennino,pro vno anno: Illi in caſtrinum, in perendinum,in annum dicebant. Modi dicendi ſunt veterum illorum elegantiſſimi. Plautus in Sticho: Alium conuiuam quærito in hunc diem tibi. ibidem: Nunquam Aedepol viuum quiſquam in craſtinum proſpiciet diem: ibidem: Nam illi heri me vocauerant in hunc diem. Idem in Trinummo: Licet tu in perendinum paratus ſis. Cato de re Ruſtica: Si quid deſit in annum vt comparetur. Cicero in Verrem: Et locus ille, atque honos in illum annum ita deberi putabatur. Titus Liuius ab vrbe condita: Deſignati conſules in eum annum fuerant. ibidem: Vt ludi in ſtatutum diem nouarentur. ibidem: Vtrum in vnum annũ creati ſint? Ibidem Exercitus in annum decreti. ibidem: In vnum annum vouebant. ibidem: Qui prætor in eum annũ creatus erat. Ibidē: Magiſtratibus in annum creatis. ibidem: Decemuir in annum creatus ibidem: Stipendiũ exercitui ab hoſte in eum annũ penſum. ibidem: Induciæ in annos XL. petentibus datæ. ibidem: Inducias in XXX. annos impetrarunt.

In diem.

Quod autem ineptè dicunt, De die in diem, vel de hora in horam, de anno in annum, veteres in diem, in horam, in annum dicebant. Cicero in Oratore: Si barbarorum eſt in diem viuere, noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent. idem in Philippicis: Iam iam minimè miror te ocium perturbare, non modò orbem odiſſe, ſed etiam lucem, cum perditiſſimis latronibus non ſolùm de die, ſed etiam in diem viuere. ibidem: Cùm ſeruitute premeremur, & in diem malũ creſceret. idem in Tuſculanis: Nos in diem viuimus. Horatius: Ille potens ſui, Lætuſque deget: Cui licet in diem dixiſſe, vixi. Titus Liuius de bello Punico: In diem rapto viuit: ibidem: Nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat ibidem: Qui feneſcit in dies. Hircius in Commentarijs: Vt omnes in dies, horaſque parati eſſent. Cicero in Philippicis: Qui in horam viuerent. Horatius.

Si te grata quies, & primam ſomnus in horam
Delectat. Idem
Et prouiſæ frugis in annum. Copiæ:

Vlpianus locati & conducti, l. Sed addes: Si quis eum in annum

annum habitationem conduxiſſet,penſionem totius anni dederit.Paulus de vſufructu,& habitatione , l.Fundi: Vſu legato licebit vſurario ex fœno, quod in annum duntaxat ſufficiat,capere.

In ſingulos dies.

Quod dicunt,ſingulis diebus,aut per ſingulos dies,ſingulis annis,aut per ſingulos annos peruerſo dicendi modo:illi veteres,in ſingulos dies,in ſingulos annos dicebãt. Varro libro ſecundo Rerum ruſticarũ:Decem ſibi in dies ſingulos denarios dare audiuiſſet, & ſubdit: Se capturum de prædio in dies ſingulos denariũm mille. Cicero Torquato: Illa in dies ſingulos magis, magiſque opinio hominum confirmatur.idem Attico:Sed cura,vt excuſet morbi cauſa in dies ſingulos.idem in Catilinã:Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Lepidus ad Pontifices Maximos : Iam in dies ſingulos eius copiæ minuuntur. Vlpianus Quando dies,l.Quanquam : Si cui in menſes, vel in dies,vel in annos ſingulos quid legetur.Iabolenus,Locati & cond.l.Quod ſi locaui opus faciendum,ita vt pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos darem. Titus Liuius ab vrbe cond. Ludi in ſingulos dies inſtaurati.Varro de lingua Latina:Ducere debet Dictator & Cõſul in ſingulos annos.Cicero in Ver. Syracuſis lex eſt de regione,quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat.Vlpianus de vſufructu, l.Iulianus :Si fortè vſusfructus in annos ſiangulos fuerit legatus. Marcellus de Mortis cauſa donat:Mortis cauſa donatio conſtitui poteſt vt quis ſtipuletur in annos ſingulos quòad viueret. idem eodem titulo, l.Senatus : Si quis mortis cauſa in annos ſingulos pecuniam ſtipulatus eſt. Titus Liuius ab vrbe condita: Quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent.Hircius in Commentarijs:XXX. centenis milibus ponderibus olet in annos ſingulos mulctat. Titus Liuius ab vrbe condita : vt in ſingulas horas capite dimices tuo. Plancus Ciceroni:Facere nõ poſſum,quin in ſingulas res meritaque tua tibi gratias agam.

IN PAVCOS DIES, IN DVOS menſes,in quintum annum.

QVod dicunt,pro paucis diebus,pro duobus mẽſibus, pro quinto anno:Illi in paucos dies,in duos menſes,

in quintum annum dicebant. Titus Liuius ab vrbe condita: Obſidio in loco nudo, atque inopi, vix in paucos dies tolerabilis erat. Ibidem: In duos menſes induciæ factæ. Idem de bello Punico: Dictatorem in ſex menſes dixit. Idem de bello Macedonico: Naues in diem tertium expediri iubet. Idem: Conuentum in diem tertium edicit. Idē ab vrbe cōdita Ludos quos Torquatus Dictator in quintum annum voluiſſet.

In primam diem, in primam horam.

Quod vſque ad eam diem, vſque ad primam horam, ad vnum annum, vel pro anno dicunt, veteres ad eam diem, in primam horam, in annum dicebant. Titus Liuius ab vrbe condita: Quorum legibus ad eam diem viuerent. Ibidem: Victoriam quantam nemo ad eum diem pepererat. Idem de bello Punico: Ad eam diem, vt terra, mariq; rem gereret. Ibidem: Quæ bella geſta ad eam diem eſſent.

Ad diem, ad annum.

Quod ad præfixam diem, præordinatam barbarè dicūt, veteres ſimpliciter, ad diem dicebant. Cicero Caninio: Quin ad diem decedam. Idem de Finibus bonorum & malorum: An id exploratum cuiquam poteſt eſſe, quomodo ſeſe habiturum ſit corpus, non dico ad annum, ſed ad veſperam. Idem in Verrem: Quando ille frumentū quod deberet, non ad diem dedit? Titus Liuius de bello Punico Neque frumentum ad diem dari.

In militem, in capita, in nauem.

Quod dicuñt pro quolibet milite, pro quolibet iugero, pro ſingulis ciuitatibus, pro ſingulis capitibus, pro ſingulis peditibus, vel per ſingulos pedites: Illi veteres, in militem, in iugerum, in ciuitates, in capita, in naues, & huiuſmodi dicebant. Cicero in Verrem: Deſcribebant cenſores binos in ſingulas ciuitates boum. Varro de re Ruſtica: In centum ſues, decem verres ſatis eſſe putant. Ibidem: Villatico gregi fundum ſatis eſſe duos canes. Ibidem: Illud ferè omnes in Epiro facimus, ne minùs habeamus in centenas oues ſingulos homines. Titus Liuius ab vrbe condita: Mulcta quingenum æris in ſingulas ciuitates impoſita. Ibidem: Frumentum Melianum aſſibus in modio æſtimatum plebi diuiſit. Cicero in Verrem: Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſextertios exegiſſe. Ibidem: Si

oſtendam

oſtendam minùs tribus medimnis in iugerum neminem dediſſe decumæ, concedes opinor, vt cum decumanus fru ctus brationis preceptus ſit, neminem minùs tribus decumis dediſſe. Cæſar in Commentarijs. In capita ſingula ſeruorum, ac liberorum tributum imponebatur. Titus Liuius ab vrbe condita: Legatis in ſingulos dona, ne minùs quinum millum æris redderentur. Ibidem: Congij olei in vires ſingulos dati. Ibidem: Aeris ſignati quina millia in ſingulos patresfamiliâs relinquamus. Ibidem: Singulis in militem tunicis imperatis. Titus Liuius de bello Macedonico: Quòd precium in capita ſtatuiſſe. Idem ab vrbe condita: Prorogatum in annum imperium eſt.

Ouidius ad Corinnam:

Sic mihi durat amor, longoſque adoleſcit in annos.

Virgilius:

Fœlix ſorte ſua, neq; in hunc ſeruata dolorem. Idem:
Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes
Dat capita in naues.

Quotannis, & ſingulis annis

Obſeruanda quoque differentia eſt inter quotannis, & ſingulos annos, quotidie, & in dies ſingulos: quem modũ dicendi diuini illi veteres non ſine euidenti ratione diſtinxerunt. Quotidie enim & quotannis tempus & ſpatiũ continuatum ſignificat. In dies verò ſingulos, & in ſingulos annos, non continuatum ſpatium, aut perpetuum, ſed per interualla dierum & annorum ſecretum tempus, cognoſcetur ab ijs, qui infra ſcriptas autoritates diligenter attenderint. Cicero Attico: Quotidiè, vel potiùs in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto. Vlpianus de Tritico, vino & oleo lega l. Ex eo: Hæres meus amphoras decem quotannis in annos ſingulos dato. Iabolenus de Fundo inſtructo, l. Legatum: Vini falerni, quod domi naſcetur quotannis, in annos ſingulos binos culleos hæres meus Titio dato.

IRE IN SENTENTIAM, IRE *in alia omnia*.

IRe in ſententiam, ire inter alia omnia, hoc ſignificat, quod plerique dicunt conſentire in ſentẽtiam, & in alia omnia. Qui dicendi modus tranſlatus eſt à diſceſſione, vel pedum itione. Cùm enim ſuffragia rogabantur, & res erat, quæ omnibus placebat, pedibus ibant in ſententiam,

vel diſceſſione, quod idem erat. Cicero Lentulo: Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros, quam apertè Volcatio adſentirentur. ibidem: Frequentes ierunt in alia omnia. idem Planc Frequens eum Senatus reliquit,& in alia omnia diſceſſit. Titus Liuius ab vrbe condita: Omnes in eam ſententiam ierunt.

INSOLENS.

INſolens,non ſolum id eſt,quod claro ſignificatu temerarium demõſtrat, & audacem,ſed inſuetum. qui id de quo dicitur, facere non ſoleat. Cicero ad Atticum: Quid tu Athenas inſolens? idem de arte Rhetorica:Deinde natura eius euenire vulgò ſoleat, an inſolenter,& rarò. idẽ pro rege Deiotaro: Moueor etiam loci ipſius inſolentia.

LAPIDE QVADRATO *ædificare.*

LApide quadrato ædificare quid ſit,planum eſt eo ipſo vero: Sed ſenſum habet reconditum, alium atque in ſuperficio oſtendit. Eſt enim lapide quadrato ædificare, non verè quadratis lapipibus,ſed ſectis, & expolitis, etiã ſi non ſint verè quadrati modus eſt loquendi illorum veterum.

Lapide ſtructili,aut cæmentitio,vel ſtructura, aut ruderatione ædificare.

Lapide autem ſtructili, aut cæmentitio, vel ſtructura aut ruderatione ædificare, paulò etiam eſt remotus ab aperta intelligentia. Eſt enim lapidibus ædificare non quadratis, vel ſectis, aut ad lineam, vel perpendiculum collocatis,ſed minutis,conciſiſque fruſtulis, quæ cæmenta dicuntur. Et ædificia,vel pro vulgaribus, tenuique populo fiebant, vel in magnis potentiorum ædificijs lapides illi ſtructiles ſiue cæmẽtitij in medijs parietib⁹ veluti pro farcimine, aut medulla ponebantur, ſuperinducebaturque poſtmodum incruſtatio,vel marmoris vel alterius lapidis ſpecioſi. Quòd autem cæmenta non ſint (vt multi putant)omnia quæ ad murum conficiendum faciũt, ſed tantùm ſint lapidum,vt dixi,fragmenta, ſubijciam de hoc autorum bonorum loca aliqua manifeſta: Vitruuius: incerta verò cæmenta alia ſuper alia ſedentia,inter ſeque imbricata,non ſpecioſam,ſed firmiorem quàm reticulata

præſtant

præſtant ſtructuram. Idem: Quibus autem locis hæ copiæ non ſunt, cæmento marmorea, ſiue aſſuiæ dicuntur, que marmorarij ex operibus deijciunt, & pilis ferreis contunduntur. Idem: Tunc ſtructura ex cæmentis, calce, & arena compleatur: & ſubdit: Deinde tunc quadrato ſaxo murus ducitur iuncturis quàm longiſſimis, vti maximi medij lapides coagmentis contineantur, tunc qui locus erit inter murum, ruderatione ſiue ſtructura compleatur. Idem: Sequitur ordo de lapidicinis explicare. De quibus & quadrata ſaxa vt cæmentorum ad ædificia eximuntur copię, & comparantur. Idem: Sed vbi ſunt ſaxa quadrata, ſiue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later, ſiue crudus, ijs erit vtendum. Idem. Non modò cæmentitio, aut quadrato ſaxo, ſed etiam marmoreo. Idem: Nec ſolùm ea in quadratis lapidibus ſunt obſeruanda, ſed etiam in cæmentitijs ſtructuris. Vlpianus, de Noui operis nuntiatione, l. Stipulatio: Opus autem nouum factum ſic accipimus, nō ſi vnum vel alterum cæmentum fuerit poſitum, ſed ſi pro ponatur inſtar quoddam operis, quaſi facie quædam facti operis Idem de Riuis, l. Seruius: Si riuum qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cæmentitium velit facere, audiendum eſſet: ſed & ſi eum riuum qui ſtructilis fuit, poſteà terrenum quis faciat. Idem: Si ſeruitus vindicetur, l. Et ſi forte lapide quadrato, vel lapide ſtructili Idem in proxima. l. Porticum ambulatoriam facere, ſuperque eam parietem columnas ſtructiles imponere: Cato de re Ruſtica: Fundamenta pedum duorum facito, primùm feſtucato, poſteà cæmentis minutis, & calce arenato ſemipedem vnumquodque corium ſtruito. Cicero pro Milone: Repentè in tribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexerit. Titus Liuius ab vrbe condita: ſaxo quadrato conſtructum. Varro de re Ruſt. Aluos vbi ſint, alij faciunt ex viminibus rotundas Alij è ligno ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiã ex ferulis quadratas, & longas, pedes circiter tres, latas pedem. Hîc apertè vides Quadratum dici non quod ſit quadrum, ſed quod quadret, id eſt, conueniat. Nam quod dicit Varro Aluos fieri ferulis quadratis longis pedes tres, latis pedem, clarè oſtendit quadrum eſſe non poſſe, Hinc per tranſlationem quadrare dicimus, hoc eſt bene conuenire. Cicero Attico: Viſum eſt hoc

mihi ad multa quadrare. Idem in Oratore: Et tamen etiam coniunctionem ſicuti verſuum numeroſè ſedere & quadrare,& perficere volumus. Idem in Verrem: Quo modo de eodem modo quadrarint? Idem in Bruto: Quare quoniam ita tibi quadrat omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano, pateram à me quoque ſumas licet.

Virgilius in Georgicis:

Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Horatius,
Et qua pars quadret aceruum.

LONGE.

Longè aduerbium,quandoque cum ſuperlatiuo, interdum cum poſitiuo, vtrobique elegantiſſimè poſitum obſeruaui, interdum ſimpliciter poſitum. Cicero in Tuſculanis: Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longè antepone tuo. Idem Bruto: Lucius Caſtronius Petus longè princeps municipij Lucenſis eſt honeſtus, plenus officio, bonus planè vir. Idem Quinto Fratri: Longè optimum Racilium habemus. Idem in Verrem: Longè primus ciuitatis eſt Epicrates. Idem Planco: Longè plurimum valuit Plancus·Plautus in Moſtellaria: Longè omnium longiſſima. Idem Cicero de Oratore: Sed ego neque illis aſſentiebar, neque harum diſputationum inuentori & principi longè omnium in dicendo grauiſſimo, & eloquentiſſimo Platoni. Ibidem: Quantum iudicare poſſum, longè eruditiſſimus.'Ibidem: in illa pro Cteſiphonte oratione longè optima. Ibidem: Illud eſt longè maximum videre quonam modo. Idem de legibus. Ille quidem ſapientiſſimus vir Græciæ, longeque doctiſſimus valde hanc labem veretur. idem pro Cn.Rabirio: in hac ciuitate longè maxima conſilia atque ingenia fuerunt. idem in Verrem: Teque Ceres & Libera, quarum ſacra (ſicut opiniones hominum ac religiones ferunt) longè maximis, atque occultiſſimis cæremonijs continentur. Cæſar in Commentarijs: Hic dies noſtris longè gratiſſimus fuit. ibidem: Apud Heluetios longè nobiliſſimus fuit Orgentorix, ibidem: Sueuorum eſt gens longè maxima, ac bellicoſiſſima Germanorum omnium: ibidem: Carmonenſes, quæ eſt longè firmiſſima totius prouinciæ ciuitas. idem: Hæc ciuitas longè plurimum totius Galliæ equitatu valet. idem: Eo tùm ſtatu res

erat, vt longè principes haberentur Hedui. ibidem: Huius eſt ampliſſimæ ciuitatis longè autoritas omnis oræ maritimæ. idem: Cuius rei ſunt longè peritiſſimi Aquitani. Saluſtius in Iugurth: Iugurthæ tui in bello Numantino lõgè maxima virtus fuit. Horatius.

Sed panis longè pulcherrimus.

Titius Liuius ab vrbe condita: Longè antiquiſſimum ratus ibidem: Longè is tum princeps Volſci nominis erat. ibidem: Apud Fabium longè antiquiſſimum autorem. ibidem: Longè maximum triumphi ſpectaculum fuit. ibidẽ: Longè primi ciuitatis erant. Idem de bello Punico: Equitum peditumque idem longè primus erat. Idem ab vrbe condita: Longè plurimos captiuos ante currum duxit. ibidem: Exercitium longè validiſſimum duxêre. ibidem: Patre longè prudentiſſimo natum.

MVLTO.

Significat idem Multò, quod Longè, eodemque modo loquendi gaudet, ſed ſuperlatiuo tantùm coniunctum obſeruaui in bonis illis, ac perfectis autoribus, præterquã cum comparatiuo iungitur, vt Multò minor numerus frumenti quàm vini, & ita longè minor, &c. Sed id quoque vtile fuerit obſeruaſſe, quod præcipua venuſtate præſtat, cùm hoc aduerbium Multò, ſuperlatiuo, & cum nomine Pars iungitur: quæ res nulla ratione, ſed ſolo dicendi modo introducta eſt. Terentius in Heaut. Multò omnium me nunc fortunatiſſimum factum puto. Idem in Hecyra. Atque ea res multò maximè diſiunxit illum ab illa. Cicero pro lege Manilia: Conſpectus veſter multò iucundiſsimus. ibidem: Magna ac multò maxima parte non modò vtilitatis, ſed dignitatis, atque imperij caruit. Idem in Catilinam: Multò verò maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt. Idem in Verrem: Nam cùm omnis arrogantia odioſa eſt: tum illa ingenij atque eloquentiæ multò moleſtiſſima. ibidem: Qui agri Acunenſis multò maximam partem poſſident. ibidem. Cui quemadmodum reſiſtã, multò mihi antè eſt, iudices prouidendum. Idem de Oratore: Quæ pars ſine dubio multò maxima eſt. Idẽ de arte Rhetor. Quarum tamen rerum multò maxima pars ad cõmodum corporis reuertitur. ibidem: Et eorum multò maxima pars, quam prætores ediſcere conſueuerunt. Saluſt. in Catilinario: Si ita res eſſet, Rempub. multò pulcherrimam

mam haberemus. Horatius in Sermonibus.

Danda eſt Hellebori multò pars maxima auaris.

Idem: Poſtera lux oritur multò gratiſsima. Titus Liuius ab vrbe condita: Nouiſsimum bellum à Sabinis ortum, multoq́ue id maximum fuit.

LICET.

QVanta colligitur elegantia in hoc verbo, Licet, ab illo qui non cutem tantùm ſpectat, ſed qui ſedulò introſpicere & meditari curet. Nam ſi licet mihi per te, hoc vnũ ſignificatur, id eſt, ſi permiſeris: vel ſi potero à te non impeditus: alterum abſolutè: vt, ſi in hortum meum intraueris, olera licebit legas, hoc eſt, legere poteris: ſed hoc ex ijs locis quæ ſubiecimus meliùs multò cognoſcetur. Plautus in Aſinaria vult eſſe ſi per vos licet. Terentius in prologo Heaut. Date mihi poteſtatē ſtatariã agere vt liceat per ſilentiũ. Idē in Hecyra: Per me exquirere licet. Idē in Adelphis: Sinunt hunc facere dũ per ætatē licet. Cicero Octauio: Si per tuas legiones licitum fuiſſet, quæ nomini meo, Reipublicæq; ſunt inimiciſsimæ, venire in ſenatũ. Idem Terentiæ: Expectaſſet Brunduſij, ſi eſſet licitum per nautas. Idem de Oratore: Per me appellet Oratorem licet. ibidem: Sed hoc genere, ſi modo per Rempublicam licebit, non accuſabimur. ibidem: Itaque Aemathiam cùm primũ per ipſam liceat, eram remiſſurus. Idem in Philippicis: Petis vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere. Idem contra Rullum. Aliquãto ſeriùs, quàm per ætatem ac per leges liceret. Idem pro T. Annio Milone: Quod ſi per furioſum illum Tribunum Senatui quod ſentiebat, perficere licuiſſet, nouam quęſtionem nunc nullam haberemus. Idem ad Lentulum: Quod profectò faciam, ſi mihi per eius amicitiam licebit: Idem in Verrem: Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat. ibidem. ſi per L. Metellum licitum eſſet. Idē Bruto: Quòd ſcribis in Italia te moraturũ dum tibi literæ meæ veniant, ſi per hoſtem licet, non erras. Idem Catoni: Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempeſtates & ſubieris, & multò etiã magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſsimus fueris. Pau. de Mortis cauſa don. l. ſenatus. Quibus per legem capere non liceat. Vlpia. de Manu miſſionibus, l. Libertas: Cùm per leges licebit, liber eſto. Ci-

cero

cero pro lege Manilia: Nam cùm antea per ætatẽ nondum huius autoritatem loci contingere auderem. Ibidem: An in Clodio, qui ila iudicia pœnamq́ue contempſerat, vt eũ nihil delectaret, quod aut per naturam fas eſſet, aut per leges liceret. Idem pro Cn. Rabirio: Quod ſi tu audiſſes, aut per ætatem ſcire potuiſſes. Licet abſolutè.

Cato in re Ruſtica: Et ſi voles inſuper vinum Coum mixtum bibere, licebit bibas. Cicero in arte Rhetorica: Hanc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagoram licebit. Idem C. Memmio: Totam hominis vitam, rationemq́ue quam ſequitur in philoſophia, deridea mus licet. Idem Attico: Clodium fregi in Senatu tum altercatione eiuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes, nã cætera non poſſunt habere eandem neque vim, neque venuſtatem Eidem: Quid quæris? vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die de fuiſſe. Eidem. Noli inquam de vno pede ſororis queri, licet alterum etiam tollas. Idem prõ domo ſua: Quare iſtam rationem, qua eſt vſus omittas licet. ibidem: Quare diſrumpatur licet iſta furia. Idem de Oratore. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio. idem in Philippica: Præcipias licet gaudia. idem de Offic. Licet ora ipſa cernere iratorum. ibidem: Videre licet etiam pleroſque non tam natura liberales, quàm qua dam gloria ductos. idem in Tuſculanis: Quare vt ad quietum me licet venias. idem in Verrem: Dicat licet Hortenſius, ſi volet, magno Verrẽ vendidiſſe. Ouidius de Ponto.

Tota licet quæras, hoc me non fingere dicet
Officij teſtis Pontica terra mei. Horatius.
Si pecore, & multa diues tellure licebit.
Sabinus in epiſtola pro Helena:
Quamlibet accuſes, & ſis irata licebit.

Per.

Per ætatem non potui, idem eſt ac, per ætatem non licuit, quod ſuprà diximus, quo loquendi modi nouitas, aut peruerſitas potiùs loquendi introducta deprehenditur Cicero Cornificio: Nullam partem per ætatem ſanæ, & ſaluæ Reipublicæ guſtare potuiſti. Idem Planco: Vt primum per ætatem iudicium facere potueritis. idem C. Mario: Cùm per valetudinem poſſes venire tamen noluiſti. Titus Liuius ab vrbe condita: Qui per ætatem ac valetudinem poterant. ibidem: Omnes, qui per ætatẽ arma ferre poſſent

poſſent.Hircius in Commentarijs:Qui modò per ętatem arma ferre poterant.Ibidem: Neque per anni tempus in mari claſſes ſine periculo vagari poterant.

LABES.

LAbes,penè omnium ore id eſt,quod immunditîes aut macula:ſed occultiore ac Latiniore ſignificatione id certè eſſe videtur,quod violenta quædam, vel aquæ illuuies,vel tempeſtatis grandiniſve ruina,aut cùm terra in altiſſimum hiatum,vel baratrum aperitur.Plautus in Captiuis:Quanta peſtis Pernis veniret,quanta labes larido? Cicero de Diuinatione: Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis,cùm ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.Ibidem: Vt multa oppida corruerint,multis locis labes facta ſit,terræque deſederint.Vlpianus Locati & conducti,l.Ex conducto: Sed & ſi labes facta ſit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non eſſe. Labeo eodem titulo:Si riuum quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares,labes corrupit,tuum periculum eſſe Paulus reſpondit.Cicero pro Lucio Flacco:An innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putabis? Idem ad Pontifices pro domo ſua. Nam ſi illa labes ac flamma Reipub.ſuum illum peſtiferum, & funeſtum tribunatum humana æquitate tueri non poteſt, diuina religione defenderit.

LINGVA NVNCVPARE.

LIngua nuncupare, modo dicendi apud veteres idem ſignificatur,quod lingua exprimere & declarare. Cũ enim quid vendebatur,vitia rei venalis lingua nuncupari oportebat,& vltra nuncupata vitia venditor non tenebatur.Leges poſteà addidêre, vt etiam ea, quæ non eſſent nuncupata venditor præſtaret. Cicero de Oratore: Totum illum vti lingua nuncupaſſet, non in XII. tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur.Idem de Officijs: Nam cum ex XII. tabulis ſatis eſſet ea præſtare, quæ eſſent lingua nuncupata:quæ qui inficiatus eſſet,dupli pœnam ſubiret. à iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quidquid enim eſt in prædio vicij, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominâtim dictum eſſet, præſtari oportere.

LAEVA ET SINISTRA.

LAeua vel ſiniſtra,certo modo loquendi, qui ſolus orationem priſcorum cōtinet, furem aliquem eſſe notat. Plautus in Perſa:Vbi illa altera furtifica læua? Catull.Marucinæ aſini manu ſiniſtra.Non bellè vteris in ioco atque vino.Idem:Porci & Socration duæ ſiniſtræ Piſonis.Aſconius Pædianus tractum id dicit ab Aſpendio Cithariſta, qui ſiniſtra perperam vtebatur, carminaque occultabat: Græco inde nato prouerbio.

LIMEN SVPERVM, INFERVM.

LImen ſuperum,Limen inferum, raro poſt fœlix illud ſæculum non ſolùm non dixerunt,ſed ne intellexerūt quidem:Cùm nonnulli pro limine ſupero, ſuper liminare ineptiſsimè dicant Plautus:Limen ſuperum, inferumq́ue ſalue.Varro de re Ruſtica:In haris oſtium eſſe oportet,limen inferum altum.

LATINE LOQVI.

QVi Latinè ſcit, nouit eo aduerbio Latinè, id quoque oſtendi,quod apertè,clarè,planè:quæ res notanda, & memoriæ mandanda eſt.Cicero in Verrem: Latinè me ſcitote,me accuſatoriè loqui.Idem in Philippicis: Antonium quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M.Antonius gladiator appellari ſolet, ſed vt appellant ij,qui planè,& Latinè loquuntur.Virgilius, vel alius,in obſcœnis carminibus:Simplicius multò eſt,da,Latinè dicere.

IN MANIBVS, INTER MANVS,&c.

VErſari inter manus,conferre manus,adferre manus, inferrè manus,in manu,in manum,in manus, in manibus,de manibus,ad manum,ad manus,ſub manus, per manus,præ manibus,præ manu,dare manus,tendere manus,tollere manus,inter manus,inijcere manus,admouere manus,manu adſerere,abſtinere manus,continere manus,quo modo loquendi pręſtātiſſimi illi autores vſi ſunt, frequentiſſimè poſitum reperi:id etiam obſeruatione ,& imitatione maximè dignum.

In manibus eſt,hoc eſt,paratum,& in promptu eſt.

Cicero Attico:Nō quo aliquid me iuuene poſſes,quippè res eſt in manibus: tu autem abes longè gentium.ibidem de Libris oratorijs: Factum eſt à me diligentiſſimè: diu multumq́ue in manibus fuerunt. ibidem: Ex ijs libris quos

quos in manibus habeo. ibidem: Sic enim commutatus eſt totus ſcriptis meis, quæ in manibus habemus. Idem Lentulo: Clodium ſic amplexabantur, ſic in manibus habebãt, ſic me præſente oſculabantur, non illi quidem, vt mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi, ſed certè vt facere ſe arbitrarentur. idem de Amicitia: Sed ô Scæuola & Fanni adfuiſtis, & in manibus eſt oratio. Idem in Bruto: Sed ecce in manibus vir, & præſtantiſſimo ingenio, & flagrante ſtudio, & doctus à puero D. Gracchus. Titus Liuius ab vrbe condita: Dum tantum belli in manibus eſſet. Ibidem: Id quod in manibus erat, coëgerunt bellum. idem de bello Macedonico: Omiſſa de manibus res eſt. Horatius.

Næuius in manibus non eſt, & mentibus hæret.

Plautus in Rudente: Mancipia habeo pro meis, nec manu adſeruntur, quod eſt vendicare, & in libertatem producere.

In manu eſt, hoc eſt, in poteſtate eſt.

Plautus in Amphitrione: In illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu. idem in Rudente: In manu mihi eſt mea. idẽ in Mercatore: Quia illi ſuam rem eſſe æquum eſt in manu. ibidem: Quia tibi in manu eſt quod credas: at ego quod dicam, id mihi mea in manu eſt. Ter. in Hecyr. Tibi in manu eſt ne fiat. Saluſtius in Iugurthino: Sed quoniam parũ tuta per ſe probitas eſt neque in manu mihi fuit Iugurtha qualis nunc foret. ibidem Verùm id fruſtrà an ob rem faciam, in manu veſtra eſt Quirites? Titus Liuius ab vrbe cond. Vt ſua cuique Reſpublica in manu eſſet. idẽ de bello Punico: Cùm in eorum manu res Syracuſana eſſet. Idem ab vrbe cond. Sit an non ſit, in veſtra manu poſuerunt. Idem de bello Macedonico: Et vos in manu, & tutela, nõ in ſeruitio debetis eas habere. Idem ab vrbe cond. Laceratam Rempublicam per magiſtratus, quorum in manu ſit. Cælius Ciceroni: Quàm velis eum obligare in tua manu eſt.

In manus dare, incidere, venire, notæ ſignificationis ſunt, ſed ij modi loquendi obſeruandi ſunt. Plautus in Trinummo: Quid intereſt dare te in manus argentum amanti huiuſmodi adoleſcenti animi impoti? Cicero in Bruto: Nunquam enim libri illi in manus inciderunt. Saluſtius in Iugurthino: Exiſtimans Iugurtham ob ſuos tu-

tandos in manu venire. Plaut. in Trinummo: Dedi minas quadraginta adoleſcenti ipſi in manum.

Inter manus, eſt collatis ſimul manibus aliquem ſublimem ferre. Aliquando per tranſlationem, inter manus ſignificat id, quod eſſe in poteſtate. Verſari verò inter manus, eſt in vſu eſſe. Modi ſunt dicendi elegantiſſimi. Plautus in Moſtellaria. Arripite hunc intrò actutum inter manus. Cicero in Verrem. Itaque erant exitus eiuſmodi, vt alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur. Titus Liuius ab vrbe condita: Inter manus domum allatus. Virgil.

Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtras. Idē:
Miraturque interque manus & brachia verſat.

Cælius Ciceroni: Gener tamen quod ad ius pertineat, didaſcolā quādam vt verſetur inter manus, habeat. Pomponius de Origine iuris, l. Neceſſariū: Denique nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum, & ſubdit: Reliquit XL. volumina, ex quibus plurima inter manus verſantur.

Ad manum eſſe, eſt aliquid in promptu eſſe, vt quaſi manu teneatur. Venire verò ad manus, eſt ad dimicandum, vel ad arma venire, Cicero de Oratore: Quem ſeruum ſibi ille habuit ad manum. Vitruuius: Alia enim ad manum ſpecies eſſe videtur, alia in excelſo: idem: Si enim ita fuiſſet non ſolùm laudes, aut vicia animorum ad manum adſpicerentur, ſed etiam diſciplinarū ſcientiæ. Titus Liuius ab vrbe condita: Adde quòd Romanis ad manum domi ſupplementum eſſet. ibidem: Quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. idem de bello Macedonico; Quod cuiq; tripidanti ad manum veniſſet. ibidem: Vt æquè magna vis ad manum eſſet. Cicero de Orat. Nonnunquam etiam ea res ad manus, atque ad pugnam veniebat. Vlpianus de Pignoratitia actione l. Petenti mutuum: Pecuniam creditori cùm ad manum debitor non haberet, ſpecies auri dedit. Africanus ad Senatuſconſul. Velleianum, l. Tutor: Deinde ego quia ad manum nummos non habebam, ſtipulanti, tibi promiſi.

Sub manu, id eſt, quod ferè eſſe ad latus, expeditū, promptum in vſum, Succedere autē ſub manus, eſt aliquid benè & ad optatum contingere. Plancus, Ciceroni: Adiunxi hæc, in loco eligendo flumen oppoſitum, vt haberem in

quo mora tranſitus eſſet, Voconij ſub manu vt eſſent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Plautus in milite: Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negotiū. Idem in Perſa: Si quam rem accures ſobriè, aut frugaliter, ſolet in illa rectè ſub manus ſuccedere.

Per manus eſt quod ineptè dicitur: De manu in manum, vel de manu vnius in manum alterius. Cęſar in Cōmentarijs: Per manus tractatus ſeruatur. ibidē Nonnullę de muris per manus demiſſę, ſeſe militibus tradebāt. ibidē Per manus ſeui, ac picis traditas glebas in ignem proijciebant. Titus Liuius ab vrbe condita: Si nobis cum vrbe ſimul poſitæ, traditæq; per manus religiones nullæ eſſent. Ibidem: Diſciplina militaris tradita per manus iam inde ab initijs vrbis.

Præmanibus hoc eſt, quod inſulsè dicunt, quod habebā in manibus. Plautus in Bacchidibus: Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus.

Præ manu dare, eſt quod vulgò dicunt, Ante omnia, vel Ante manum dare. Terentius in Adelphis: Atq; huic paululum aliquid præ manu dederis vnde vtatur.

Ad ferre manus verò eſt inijcere manus, pulſare, vulnerare, interficere. in quo notandū eſt datiuum poſt ſe requirere. Cicero Attico: Sed non faciam, vt aut tuū animum angam querelis, aut meis vulneribus ſæpiùs manus ad feram. idem Cluentio, Omnes tui amici, neceſſarijque cognorunt. Ancario & Pacero paſtoribus huius, Villicum vim & manus attuliſſe. Ibidem: Aulum Briuium quendam Cauponem de via Latina quæſtum eſſe dixiſti, ſubornatis qui ſibi à Cluentio, ſeruisque eius in taberna ſua menus allatas eſſe dicant. Idem Octauio: Ego ipſe ſenatum ſibi adferre manus coēgi. idem in Vatinium teſtem. Teneàsne memoriæ, tibi in conuentu Puteolis manus eſſe allatas? Idem in Verrem: Híſne rebus manus adferre non dubitaſti? Idem de Officijs: Cùm enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus adferre coguntur. Plancus Ciceroni: Qui quidem cùm in fraudem ſe adductum videret, manus quas iuſtiùs in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi adferre eſt. Vlpianus de his, qui notantur infamia, l. Liberorū: Non ſolent aut lugeri (vt Neratius ait) hoſtes, vel perduellionis damnati, neque ſuſpendioſi, neque qui manus ſibi attulerunt. Varro de re Ruſtica eodem ſenſu adferre

dentes

dentes dixit: Canes prouerbium attollunt antiquum vel etiam vt apperiant de Atheone, atque in dominum adferant dentes.

Conferre manus, eſt congredi, & manum conferere. Inferre verò manus, eſt inijcere manus, & quandoque idē ſignificat, quod adfere manus. Cicero pro Fonteio: Partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. Idem in Catilinam: Senatu vim ac manus intuliſſet. Vlpianus de Senatuſconſulto Syllaniano, l. Cum aliter. Si ſibi manus quis intulit. Idem: Si quis in metu criminis imminentis, ſed tædij vitæ, vel impatientia doloris ſibi manus intulit. Hircius in Commentarijs: M. Catonē Vticę ſibi manus intuliſſe. Cicero pro P. Quintio: Domino à familia ſua manus illatas eſſe ante ſuos lares.

Dare manus autem eſt, dedere ſe, & victum fateri.

Plautus in Perſa: Do manus. Cicero ad Atticum: Aiebat illum primum ſcire diu multa contra, ad extremum autem manus dediſſe, & affirmaſſe nihil ſe contra eius voluntatem eſſe facturum. Eidem: Sapienter igitur quod manus dediſti, quodque etiam vltrò gratias egiſti. Idem de Amicitia: Callidus ille, & occulus, vt ſe infinuet ſtudioſè cauendum eſt, neque enim facilimè cognoſcitur: quippe qui etiam aduerſando ſæpè aſſentiatur, & litigare ſe ſimulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vincique patiatur.

Horatius:

Iamiam efficaci do manus ſcientiæ ſupplex.

Cæſar in Commentarijs: Tandem dat Cotta manus, permotus ſuperiore ſententia.

Tollere manus, & oculos, modi loquendi ſignum lætitiæ ſignificantes.

Cicero Cęſari: Suſtulimus manus, & ego, & Balbus, tanta fuit oportunitas. Idem Tironi: Literulę meę, ſiue noſtrę, tui deſiderio oblanguerunt, hac tamen epiſtola, quàm Acaſtus, attulit, oculos paulum ſuſtulerūt. Titus Liuius ab vrbe condita: Dicitur manus ad cœlum tollens precatus.

Plena manu, hoc eſt, abundè, & affluenter.

Cicero Attico: At hercle alter tuus familiaris, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit.

Injcere manus.

Plautus in Truculento: Pòſt id, ego in te manum inijciam. Cicero pro Roſcio Comœdo: Ipſa mihi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere, & commorari coëgit. Horatius:

Incontinentes inijciat manus.

Titus Liuius ab vrbe condita: Accurrit, & manus iniecit.

Abſtinere manus, & continere manus, idem propè ſignificat, quod continere impetum animi. Plautus in Trinummo: Quod manu non queunt tangere, tantùm fas habent, quo manus abſtineant. In Amphitrione, Qui poſſim videri huic fortis, vt à me abſtineat manum. Idem in Truculento: Abſtine hoc mulier manum. In Caſina: Abi, atque abſtine manū. In Perſa: Manum abſtinere haud tamen quia mihi imperet. Cicero in Vatinium teſtem: Vt manus à te homines vix abſtinere poſſen. Cato de re Ruſtica: Alieno manum abſtinere. Terentius in Adelphis: Non manus abſtines Maſtigia? Cicero in Tuſculanis: Vt Alexandrū regem videmus, qui còm interemiſſet Clytum familiarē ſuum, vix á ſe manus abſtinuit. Idem in Verrem: Manus à ſodalis filio abſtinere non potuiſti? Ibidē: Abſtineam in hoc iudicio manus, animoſq; ab hoc ſcelere nefario ibidē: Qui capitolio manus abſtinere potuerit. ibidē: Nihil ægriùs factū eſt multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. Tibulus:

Abſtineas auidas mors violenta manus.

Cicero in Catilinam: Quorū ego vix abs te iandiu manus, ac tela contineo. Idem in Anton. Nunquam profectò à me ſacrilegas, atque impias manus abſtinebit. Titus Liuis ab vrbe condita: Noctè audita ex delubro vox eſt, abſtinerent manus. Ibidē: Vt vix ab ijs abſtinerent manus

Tendere manus.

Cæſar in Commentarijs: Omnes maiores natu ex oppido

pido egreſſi manus ad Cæſarem tendere, & voce ſignificare cœperunt, ſeſe in eius fœdera, ac poteſtatem venire. Idem ibidem: Hedui manus tendere deditionẽ ſignificare.

Virgilius.

Tendebantq́ue manus ripæ vlterioris amore.

Ouidius de Faſtis.

Ille manus tendens aſtanti milite iuſto,
In coniuratos talia verba dedit.

Titus Liuius ab vrbe condita: Alij manus ad cœlũ tondere, deos incuſantes. Ibidẽ Supinas manus ad cœlum, ac deos tendentes. Ibidem: Reus ad Capitolum manus tendimus. Ibidem: Omnes manus ad Conſulem tendentes pleni lachrimarũ. Cicero in Catilinam: Supplex manus tendit patria communis.

Admouere manus.

Titus Liuius ab vrbe condita: Primo religioſè admouentes manus.

MEO REIPVB. NOMINE.

MEo tuo, ſuo, Reipub. nomine, & huiuſmodi, elegantiſſimè à veteribus poſita animaduerti, quæ quãdoq; id ſignificant, quod mea, tua, ſua, Reipub. cauſa, quãdoq; longè alia, & ab hac diuerſa ſignificatione antiqui illis vſi videntur: quod diſcrimen facilè eſt ex ſubiectis autoritatibus cognoſcere. Cicero Terentiæ: Nam ego eo nomine ſum Dirrachij hoc tempore, vt quàm celerrimè quid agas audiam. Idem in Verrem: Id mihi C. Verres eripuiſti, atque abſtuliſti nomine abs te ſextertiûm miles ex lege repeto. Ibidem: Decem fiſcos ad ſenatorem illum relictos eſſe comitiorum nomine. Ibidem: Hoc palàm iam dictitant, ſe iuſtum quem ſciant eſſe hominem improbiſſimũ, hoc vno nomine abſolui velle, vt ab Senatu iudicia per ignominiã, turpitudinẽq́ue auferãtur. Cæſar in Cõmentarijs: Odiſſe etiã ſuo nomine Cæſarem & Romanos Paulus: Si certum petatur, lego. Lecta eſt: Si die ſuprà ſcripta ſumma P. Mæuio, eiq́ue ad quem ea res pertinebit data, ſoluta, ſatisúe eo nomine factũ non erit, tunc eo amplius quo poſt ſoluã pœnę nomine in dies XXV. denarios centenos, & ſubdit. Quod competit vſurarum nomine, ex die interpoſitæ ſtipulationis præſtetur. Vlpianus de iureiurãdo. l. Ait Prætor: Quaſi calumniæ cauſa ventris nomine

fuerit in poſſeſſione. Idem de Inſtitoria actione l. Quicunque: Si inſtitoria cùm oleum vendidiſſet anulum arrhæ nomine acceperit. Cicero ad Atticum: cùm enim ille ad conciones confugiſſet, in iiſque meo nomine ad inuidiam vteretur, Dij immortales quas ego pugnas, & quantas ſtrages êdidi?

Catullus:

Eóne nomine imperator vnice
Fuiſti, in vltima occidentis inſula?

Brutus Ciceroni: Qua in re Cicero vir optime, ac fortiſſime, mihíque & meo nomine, & Reipub. chariſſime, nimis credere videris ſpei tuæ. Cicero in oratione pro domo ſua: Dico eſſe odio ciuitati, non tam tuo, quàm Reip. nomine. Idem de Finibus bonorum & malorum. Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem, ignauiamque vituperari, nec fortitudinem, patientiamque laudari ſuo nomine. Idem in Catilinam: Bellum pupulo Romano ſuo nomine indixit. Idem pro Gn. Planco: Ego me debere bonis omnibus fateor, ſed etiam ij quibus ego debeo, boni viri, & ciues comitijs ædilitijs, aliquid ſe meo nomine debere: Planco dicebant. Idem pro Cluentio: Res ſuo nomine in iudicium nunquam eſt vocata. Idem P. Septimo: Scæuolæ litem eo nomine eſſe æſtimatam. Idem in Vatinium teſtem: Non tam tuo, quàm Reipub. nomine.

DE DIE, DE NOCTE, ET *multa nocte.*

MVlta nocte, ad multam noctem, de nocte, noctu, de die, frequenti eſt in vſu hic dicendi modus apud bonos autores: Terentius in Adelphis: Apparare de die conuiuium. Catullus:

Vos cõuiuia lauta, ſumptuoſa de die facitis. Horatius.
De medio potare die.

Cicero ad Atticum: Cùm ſe ille VII. die veniſſe à freto, & noctu ſe introiſſe dixiſſet. Terent. in Adelphis: Imò de nocte cenſeo.

Sed & Multus, plurimum candoris adferre poteſt orationi, vnde Cicero de Oratore libro ſecundo: Nam qui inconcinnus aut multus eſt, is intentus eſſe dicitur, Cicero Quinto Fratri: Celeriùs, quàm ſi de nocte vigilaſſent, perueniunt. Idem Attico: In Comitium Milo de nocte venit. Eidem. Cùm cœnanti mihi nunciaſſet Sextius ſe

de

de nocte proficiſci. Cæſar in Commentarijs: De media nocte miſſus equitatus. Ibidem. Reliquas de media nocte proficiſci iubet. Horatius:

Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

Idem:

Vnde vxor media currit de nocte vocata.

Cicero Quinto fratri: Multa de nocte eum Vibulio veni ad Pompeium. Idem Atti. Multa de nocte profectum eſſe ad Cæſarem. Idem pro P. Sextio: Cùm forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus, ac ſeruis pleriſque occupauiſſent.

Mihi aqua hæret

Mihi aqua hæret, modus loquendi, vel prouerbium potius, difficultatem ſignificat contra morem in re facili adhibere. Cùm enim aqua fluere, & labi ſoleat, hærere contra ſuam dicitur, id eſt, rem difficilem fieri, quæ facilis potiùs eſſet. Cicero ad Atticum: Mihi aqua hæret. Idem Quinto fratri: In hac cauſa mihi aqua hæret. Idem in Offic. Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret, (vt aiunt.)

Exercrandi modus

Modus execrandi aut imprecandi antiquus non eſt prætermittendus. Cicero in Antonium: Igitur eſt patronus L. Antonius, malam quidem illi peſtem: clamori enim veſtro aſſentior.

MERITO TE AMO, MErito tuo.

MEritò te amo, immeritò me odiſti, merito tuo hoc tibi dono, immerito tuo tibi iraſcor, & quandoque etiam merito tuo te odi, & nullo merito, modus eſt frequentiſſimè à bonis illis vſurpatus. Plautus in Aſinar. Nemo me accuſauit merito meo. Idem in Aulularia: Quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo. Cicero pro Publio Sextio. C. Cæſar, qui à me nullo merito alienus eſſe debebat, inimiciſſimus meæ ſaluti ab eodem quotidianis concionibus dicebantur. Titus Liuius de bello Macedonico: Frater me accuſat, nullo meo in ſe merito. Plautus in Aſinaria: Aedepol pater merito tuo facere poſſum. Ibidem: Cur tu (obſecro) immerito meo me morti dedere optas? Idem in Caſina: Immerito meo mihi hoc facit. Titus Liuius de bello Macedonico: Indignè ſibi nec

vllo ſuo merito inſultatum ab omnibus eſſe. Plautus in Ciſtellaria: Merito veſtro amo vos. Idem in Aſinar. Iube aduenire quæſo, meritiſſimo eius, quæ volet faciemus.

Mittere ſanguinem

Mittere ſanguinem id eſt, quod iam paſſim vulgò oẽs ferè extrahere ſanguinem dicunt, vel Græcanico verbo Phlebotomare. Cicero Attico: Miſſus eſt ſanguis inuidię ſine dolore. Eidem: Sic Appius prouinciam curauerit, ſanguinem miſerit, quidquid potuit, detraxerit. Cornelius Celſus: Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt, ſed nullum morbum eſſe, in quo non mittatur, nouum eſt: Idem: Mitti iunioribus, & fœminis vterum non gerentibus, vetus eſt. Ibidem: ſed vt aliquando primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt. Ibidem: Mitti verò is debet ſi potiùs corporis cauſa ſit ex brachio. Ibidem: Mittere aũt ſanguinem cùm ſit expeditiſſimum vſum habenti, tamen ignaro difficillium eſt.

POST HOMINVM MEMORIAM,
poſt homines natos, noſtra memoria, patrum memoria.

QVòd plerique omiſſo antiquoſ loquendi modo, ac hominum recordatione, noſtro tempore, patrum tempore dicunt, veteres illi, poſt hominum memoriam: poſt homines natos, noſtra memoria, patrum memoria dicebant. Cicero in Piſonem: Inſtant poſt hominum memoriam paratiſſimi magnificentiſſimiq́ue ludi. Idem in Verrem: Quod nemo vnquam poſt hominum memoriam fecit. Ibidem: Nemo vnquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, copioſior. Ibidem. Vt ego hunc vnum eiuſmodi reum poſt hominum memoriam fuiſſe arbitrer, cui damnari expediret. Idem, qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum: Qui me duo ſceleratiſſimi poſt hominum memoriam non Conſules, ſed latrones, non modò deſeruerunt in cauſa præſertim publica & conſulari, ſed & prodiderunt. Idem ad Pontifices pro domo ſua: Quid homini poſt homines natos turpiſſimo? Ibidem: Sed erat res poſt homines natos pulcherrima. Ibidem: Graue crimen eſt hoc, & vehemens, & poſt hominum memoriam, iudiciaq́ue de pecunijs repetundis conſtituta grauiſſimum. Idem Planco: Nihil poſt hominum memoriam

riam glorioſius. idem pro eodem: Conſules poſt hominum memoriam teterrimi, atque turpiſſimi. idem in Catilinam: in hoc autem vno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoq́ue bello. idem de optimo genere oratorum: Optimus longè poſt homines natos. idem in Antonium: Duo teterrima & ſpurciſſima capita poſt homines natos, Dolobella, & Antonius. idem pro Milone: Vnius poſt homines natos fortiſſimi viri. idem in Bruto: Longè autem poſt natos homines improbiſſimus C. Seruilius Glaucia. idem in Vatinium teſtem: in omni materia inauditum. idem pro Publio Sextio: Næ huic tantæ multitudini, quanta mea memoria vnquam vllo in iudicio fuerit, deero. Varro de re ruſtica: Sed ipſe noſtra memoria. Cicero de diuinatione: Memoria noſtra templum Iunonis ſoſpitæ. idem in Vatinium teſtem: Magnificentiſſimè poſt hominum memoriam cõſulem factum. idem de Oratore: De Senatu iuſſit educi, quòd eum ciuem negaret eſſe, quia memoriæ ſic proditum eſſet, quem pater ſuus, aut populus vendidiſſet, aut pater patratus dediſſet, ei nullum eſſe poſtliminium. Saluſtius in Catilinam: ſed mea memoria, ingenti virtute, diuerſis moribus fuêre duo, M. Cato, & C. Cæſar. Cicero pro Cornelio Balbo: Multi etiam ſuperiori memoria ciues Romani ſua voluntate indemnati & incolumens, ij rebus relictis alia ſe in ciuitates contulerunt. idem pro Rabirio perduellione: Poſt hominum memoriam rem nullam maiorem. idem pro lege Manilia: Quæ in omnibus hominibus noua poſt hominum memoriam conſtituta ſunt. idem in Catilinam: in hoc autem vno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoq́ue bello. idem in Catilinam: Bellum inteſtinum ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſsimum & maximum.

MEIS VERBIS.

Dicito illi ſalutem meis verbis, modus eſt dicendi, quo etiam nunc dicitur, Ex parte mea tuum ſalutabis. Itidẽ, voca illum meis verbis, & proparte mea. Plautus in Amphitrione: Voca meis verbis. In Mercatore: Rogato meum patrem meis verbis. Terẽtius in Hecy: Hunc euoca meis verbis. Cicero M. Marcello: Gratum mihi feceris, ſi vxòri tuæ Iuniæ, grauiſſimæ atque optimæ fœminæ

meis verbis eris gratulatus, Idem Vatinio: Locutus ſum vt ei meis verbis diceret. Plautus in Amphitrione: Hunc tuis verbis. In Bacchidibus: Scribe ſalutem tuo patri verbis meis. Cicero Trebatio: Salutem mihi tuis verbis nunciauerat. Plautus in Milite: Matris verbis Philocomaſium accercito. Curius Ciceroni: Tironem meum ſaluta noſtris verbis. Cicero Attico: Epiſtolam meam iuſſerunt dari Dolobellæ: Veſtorius ad me ſcripſit, vt iuberem mancipio dari ſeruo ſuo pro mea parti Titus Liuius ab vrbe condita: Qui quærerent Senatus verbis. ibidẽ: Qui iuberent Conſulum verbis in proximis mortem fugere. Ibidem? Nunciarunt Senatus verbis. Ibidem: Denunciarunt Senatus verbis. Idem de bello Macedonico: Abi, nuncia meis verbis, bello abſiſtat.

Modus agri.

Modus agri, vt in optimis libris reperi, eſt certa definitio, ſeu menſura agri, qua quot iugerum eſſet, intelligi poſſet. Plautus in Aulular. Agri reliquit illi non magnum modum. Cic Attico Et ſi nihil ſcripſit, niſi de modo agri.

Horatius in Sermonibus:

Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus.

Paulus de contrahenda emptione, lege, Qui fundum: Cùm ipſe emptori ſuo admetiretur: multo minorem modum agri quàm putauerat, inuenit: Ibidem: Et domino renuntiaret: quãto modus agri minor ſit. Ibidem: Et ideo modo agri renunciet, & ſi in diebus triginta renunciaſſet minorem modum agri eſſe, quamuis multis poſt annis poſſe eum qui minoris modus agri fuiſſet, repetere. Titus Liuius ab vrbe condita: Ne cui maior quàm quinquaginta iugerum agri modus eſſet.

MAGNVS NVMERVS

MAgnum numerum frumenti, vini, olei, veteres illi dicebant: quem modum loquendi multi inuertentes magnam quantitatem vel copiam paſſim dicunt. Cicero, pro Planco: Frumenti in ſumma caritate maximum numerum miſeram. Idem in Verrem: Dico magnum numerum frumenti Ibidem: Cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablatus. Ibidem: Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur. Ibidem: Atque ego nunc cum frumenti numerum, & eas publicè

pecunias

pecunias Decumanis ab Herbitenſibus datas eſſe dico. Ibidem: intellexiſtis innumerabilem frumenti numerum per triennium auerſum à Republica eſſe. idem de Officijs: Si exempli gratia, vir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumenti numerum adduxerit. Idem pro Fonteio: Maximum frumenti numerũ ad Hiſpanienſe bellum tolerandum imperauit. Cæſar in Commentarijs. Frumenti magnum numerum coëgit. Hircius in Commentarijs. Non poterant magnum numerum frumenti comparare. Ibidem: Scipio magnum frumenti numerum habuerat. Ibidem: Certo numero frumenti mulctat. Ibidem: Magno numero frumenti onuſtos recipit in caſtra. Ibidem: Magno inuenti numero hordei, olei, vini, fici, pauco tritici.

Numerus vini.

Cicero in Antonium: Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti. Vlpianus de tritico, vino, & oleo, l. ſi quis vinum: Si modò vini numero à teſtatore non ſunt habita, & ſubdit: Cæteraque pro hominum affectione atque vſu, numero vini habebuntur, & ſubdit: Quod vini numero paterfamiliâs habuit.

MISSVM FACERE.

Miſſum facere, eſt deponere, ac etiam à noſtro cõſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere. Multi barbarè dicunt, dare licentiam, vel licentiare. Cæſar Appio Gn. Magium Pompeij præfectum deprehendi, ſed & meo inſtituto vſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Cicero Verrem: Deinde alij quæſtus inſtituuntur ex vno genere nauali iudices, quàm multi accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darent, precio certo miſſos facere nautas miſſorum omne ſtipendium lucrari, & ſubdit: Certo precio ſexcentos nummos nautarum miſſione conſtituere. Ibidem: Vt illud miſſum faciam Terentius in Hecyra: Miſſam iram faciet. Varro de re ruſt. Columbas redire ſolere ad locum licet animaduertere, quod multi in theatro è ſinu miſſas faciant.

Modicè.

Modicè aduerbium, non ſemper à pauco (vt vulgò credunt) ſed à modo quandoque deducitur, vt modeſtiã deſignet, quæ inter parum & nimium verſatur, non paucitatem. Varro de re ruſtica: Furfures obijciuntur modicè, ne pa

ne parum aut nimium ſaturentur. Ibidem: Cùm aër eſt modicè temperatus. Ibidem: Modica centuria ea ducentorum iugerum. Plautus in Perſa: Modicè & modeſtè eſt me liùs vitam viuere. Cicero pro P. Sylla: Quanquam à me timidè modiceque dicetur. Idem contra Rullum: Quare dignus veſtro ſummo honore, ſingularique iudicio ſim, ipſe modicè dicam. Idem Tironi: Nos agemus omnia modicè. Titus Liuius de bello Punico: De ſe pauca ac modicè locutus eſt. Ibidem: Libertatem nec ſpernere modicè, nec habere ſciunt, Idem de bello Macedonico: Libertate modicè vtantur, temperatam eam ſalubrem eſſe, Ibidē: Immodicè, immodeſteque. Ibidem: Hac poteſtate immodicè ac ſuperbè Achei vſi ſunt.

Modicum.

Aliquando tamen dicitur à bonis illis autoribus, & modicum & modicè, pro parum, & pro pauco. Plautus in Milite: Modicè ſapis. Cicero Attico: Minæ Clodij, contemptionesque, quæ mihi proponuntur, modicé me tangunt Eidem: Sed vt modicè cæteris vtile eſt, tibi neceſſe eſt. Eidem: Sed ea res modicè me tangit: Titus Liuius de bello Macedonico: Comparauerat & Tyrannus modicam claſſem. Ibidem: Vt modico edito prælio in fugam inclinaret. Ibidem: Refecti cibo ſumpto, & modica quiete.

MOVET ME, NON ME impedit.

MOuet me, non me mouet, non me impedit, eleganti modo loquendi ponitur ab antiquis. Cicero pro lege Manilia: Neque me impediet eius Quirites inimicum edictum. Papinianus de conditione furtiua, l. Parui refert: Nec ne mouet, præſens homo fuerit nécne. Caius de damno infecto, l. ſi ædibus. Sed mouet me, quòd ipſe meas ædes reficere poſſim.

MORE MAIORVM, IN MOREM.

MOre belluæ, more maiorum, & in morem, dicebant, addito quandoque genitiuo: aliqui ineptè, modo, & in modum, dicunt. Virgilius.

Perque duas in morem fulminis arctos. Ouidius.
Eunt anni more fluentis aquæ.

NEMO.

CVm, vt ſæpè iam dixi, nihil aliud ſit perfecta, Latinitas, quàm perfectorum illorum virorum autoritas, qua

qua certo dicendi modo tanquam ſuo iure & pro arbitrio vſi ſunt:cõſiderare atque obſeruare maximè decet, quid, & quo modo dixerint:Nemo quiſquam, nemo homo, nõ nemo, nemo vnus, nemo vnus vir, quiſquam vnus, quiuis vnus, quiſquam omnium, alter quiſquam, vnus aliquis. Quod rari poſt eos curauerunt:quare eorum vel ſcripta, vel dicta meritò laude carent.

Nemo quiſquam, nemo homo, homo quiſquam.

Terentius in Eunucho:O populares, ecquis viuit me hodie fortunatior?nemo hercle quiſquam. Idem in Hecyra:Nemo quiſquam illorum ad te venit, quin ita præparet ſeſe. Idem in Eunucho: Nemo homo eſt iam. Titus Liuius ab vrbe cond. Victoria, cui nec Deus, nec homo quiſquam inuideat.

Non nemo.

Varro de re ruſtica:Tonſas recentes eodem die perunguntvino & oleo, non nemo adiuncta cæra alba, & adipe ſuillo. Cicero pro L. Murena:Non nemo etiam in illo ſacrario Reipub. in ipſa inquam curia non nemo hoſtis eſt. Idem pro P. Sextio. Vel vt non nemo putaret. Idem pro lege Manilia : Cùm eſſet nõ nemo in Senatu, qui diceret non oportere. Idem pro L. Cornelio Balbo: Vt non nemo putaret. Idem in Verrem : Nam quòd fortaſſe non nemo veſtrûm audierit iſtum à Syracuſanis publicè laudari. Hirtius in Commentarijs:Non nemo culpæ eius, imprudentiæque aſſignabat.

Nemo vnus, & nemo vnus vir.

Cæſar in Commentarijs, Ad neminem vnum ſumma imperij. Titus Liuius ab vrbe condita, Quia nemo vnus ſatis dignus regno viſus eſt. Ibidem:Neminem vnum eſſe, cuius opera putet Rempublicam reſtitutam. Ibidem, Vt nemo vnus inde præcipuum quidquam gloriæ domum referret. Ibidẽ, Haud dubiè illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo vnus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret.

Quiuis vnus, quiſquam vnus, & quiſquam omnium.

Cicero in Bruto, Quantum non quiuis vnus è populo, ſed æſtimator doctus & intelligens poſſet. Titus Liuius ab vrbe condita, Ne quiſquã vnus malis artibus poſtea tam popularis eſſet. Ibidem, Quia nondum in quenquã vnum ſæuiebatur. Ibidem, Cùm multi magis fremerent, quàm

quiſ

quiſquam vnus recuſare auderet. Ibidem: Solertiùs quàm quiuis vnus ex ijs, quos nominaui, caſtris locum caperet. Idem de bello Macedonico: Non modò quenquam vnum elicuit ad ſuadendum, ſed ne fremitum quidem mouit. Ibidem: Ne quem vnum relinquerent. Cicero in Verrem: An hoc dubitauit quiſquam omnium, quin is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuerit?

Alter quiſquam.

Plautus in Aſinaria: Neque me Athenis eſt alter hodie quiſquam, cui credi rectè æquequè putent.

Vnus aliquis.

Vnus aliquis, vulgari propemodum ſermone Romæ etiam nunc dicitur, qui modus loquendi magis apud vulgum, quàm apud eruditos remanſit. Cicero in Antonium: Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quòd vnus aliquis tum ſententiam ſecutus ſit? Idem de finibus bonorum & malorum: Vtilitati hominum plus quàm vnius alicuius aut ſuæ conſulit. Idem pro Cluentio: Vnum aliquem nominate. Idem de prouincijs Conſularibus: Tanquam vnum aliquem portum tutum & clauſum teneri. Caius: Si quis omiſſa, l. Cùm hæreditas: Cùm ab eo quoque peti poſſet, qui vnam aliquam rem hæreditario nomine poſſideat.

NEGATIO, METVO NE NON.

FRequenter etiam veteres illi autores duas negatiuas clauſulas ſimul ponunt, & plerunque cum verbis Vereor, aut Timeo, aut Metuo coniungunt: Quem dicendi modum nulli poſt minores conſiderauerunt, aut (quod certè liquidò conſtat) in ſuis ſcriptis raró vſurpauerunt. Plautus in Perſa: Ne non ſat eſſes leno, id metuebas miſer. Idem in Caſina: Metuo ne non ſit ſurda. Terentius in Adelphis: Metuiſti hominum homo ſtudioſiſſimè, ne non tibi iſtud fœneraret. Idem in Phormione. An verberamini, ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel? Cicero Attico: Vereor ne non liceat. Eidem: Timeo, ne non impetrẽ. Eidem: Vereor ne exeundi poteſtas non ſit. Eidem: Veretur enim, ne non liceat tenere hæreditatem. Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Vereor ne non ille ſolus (id quod ad me nihil attinet) ſed alij quoque plures læſos ſe eſſe putent. Idem in Tuſculanis: Vereor, ne non tam virtutis fiducia vtendum nobis ad ſpem beatè viuendi, quàm vota facien

faciendi videantur. Idem in Philippicis: Sed vnam rem vereor ne non probes. Ibidem: An verebare, ne non putaremus natura te potuiſſe tam improbum euadere, niſi acceſſiſſet etiam diſciplina? Idem pro lege Agraria: Pertimeſcam credo, ne mihi non liceat contra vos in concione conſiſtere? Idem Curioni: Non enim vereor ne non ſcribendo te expleam. Eidem: Non quo verear ne virtus tua opinioni hominum non reſpondeat. Idem pro T. Annio Milone: Quanquam præſidijs ſalutaribus & neceſſarijs ſepti ſumus, tamen ne non timere ſine aliquo timore poſſimus. Ibidem. Cur igitur hos manu miſit? metuebat ſcilicet ne iudicaretur, ne dolorem perferre non poſſet. Idem pro M. Cælio: An timebant ne tot vnum valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? Idem in Verrem: Non vereor ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem. Idem in Catilinam: ſi te iam Catilina cõprehendi, ſi interfici iuſſero, credo verendum erit mihi, ne non potiùs hic omnes boni ſeriùs à me, quàm quiſquã crudeliùs factum eſſe dicant. Horatius.

Sedit qui timuit ne nõ ſuccederet.

Ouidius in Ponto.

An vereor ne non approbet illa Getes?

Titus Liuius de bello Macedonico: Metuentes ñe dilationem res non paterentur. Vlpianus de iure dotium, lege, ſi ergo: Vereor ne non poſſint domini eius effici. Martianus eodem titulo, l. ſi mulier: Vereor ne non ſit obligata. Idem de re militari, l Officium: Vereor tamen ſi quidquam promiſero, quod in vſum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur. Paulus de acquirendo rerum dominio, l. Bonæfidei. Verendum ne non ſit bonæfidei poſſeſſor.

Simpliciter poſita ſine Verbo Metuo, Vereor, Timeo.

Cicero Attico: Sed diligentiùs eſt nobis videndum, ne diſtracti pares eſſe aduerſario non poſſimus. Idem pro Cn. Planco: Hæc mihi ſunt tractanda iudices & modicè, ne quid ipſe offendam cœtum, denique cùm reſpondero criminibus, ne non tam innocentia reus ſua, quàm recordatione meorum temporum defenſus eſſe videatur. Idem de Oratore? Neque eſſe periculum, qui leonem, aut taurum pungat egregiè, ne idem in multis alijs quadrupedibus facere non poſſit. Idem de Fato: Vide ne non eadem

fit

ſit illorum cauſa & Stoicorum. Idem M. Marcello: Si iſta vita tibi commodior eſſe videatur, cogitandum tamẽ ne tutior non ſit. Ouidius de arte.

Ne tanti noctes putet eſſe tuas. Idem de Ponto.

Mors faciet certè ne ſim, cùm venerit exul:

Ne non peccarim, mors quoque non faciet.

Idem in epiſtolis.

Quod potui renui, ne non inuita teneret.

Vlpianus de receptis arbitris, l. Idem: Videndũ eſt ne non ſit compromiſſum. Paulus de ſtatu liber. l. Cùm hæres: Rectè putant liberum fore, ne multi ad libertatem peruenire non poſsint.

NVLLO NEGOTIO.

NVllo negotio, hoc modo dicendi id ſinificatur, ac ſi diceremus, ſine difficultate. Cicero Attico: Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. Eidem: Cùm id nullo negotio facere poſſis. Idem pro Roſcio: Quare hoc tu propter multitudinem ſicariorum nullo negotio facere potuiſti?

Non ires, pro ire non deberes.

Notandus & hic dicendi modus, Nõ ires, non redderes pro quo ineptè dicitur, ire non deberes, reddere non deberes. Plautus in Trinummo: Non ego illi argentur redderem? Reſpondetur, Non redderes, neque de illo quidquam neque emeres, neque venderes.

Ne plura, ne multis, ne longum faciam.

Ne plura, ne multis, ne longum faciam, quid multis? modus loquendi, ac ſi dicas: Ne dicam plura, ne multis te teneam, quid multis opus eſt? ſed elegantiùs illa, & breuiùs. Cicero pro Cluentio: Ne multa perquiritur à eo actoribus inuenitur ea ſertula ad ſtratorem perueniſſe. Idem Caio Memmio: Si peccat, magis ineptijs quàm improbitate peccat: ſed ne plura. Idem pro Cluentio: Ne multis, Diogenes emitur. Idem Attico: Ne multa, nihil me in illo itinere præter conſcientiam meam delectauit, Idem in Verrem. Ne multa, locuturum ſe eſſe confirmat. Ibidem: Ne multa, Sextertia decem me, inquit dixi daturum. Ibidem: Vndique reclamatur, ne multa iterum iſte aliquanto poſt ad illos venit. ibidem: Ne multa iudices liber-

libertate,quam vos ſocijs dediſtis,hac ille in acerbiſſimo ſupplicio miſerrimę ſeruitutis abuſus eſt:Ibidem:Ne multa,ipſum dicere adoleſcentem audiſtis. Ibidem: Ne multa,iudices ijs contumelijs ſcitote.Quintũ Lollium coactũ ad Apronij leges conditionéſque veniſſe.Idem pro Cluẽtio:Et ne longum ſit omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam confirmamus. Horatius:

Ne longum faciam.

NIHIL AD PERSIVM.

NIhil ad Perſium, modus hic dicendi multis in locis reperitur illo perfecto ſeculo vſitatus: id enim eſt,ac ſi dicamus:Nihil ad comparationem Perſij,aut, non eſt id cum Perſio comparandum. Terentius in Eunucho:At nihil ad noſtram. Cicero de Oratore: Quem cognouimus virum bonum,& non illiteratum:Sed nihil ad Perſium.

NVNQVID ROMAM velis?&c.

NVnquid Romam velis? Nunquid me vis? modus eſt loquendi apud veteres, quem modum ſequentia ſecula omnino præter miſerunt.Nos autem.apud quos ferè Latinus ſermo reuixit,nondum ad hos floſculos manus admouimus.At ſpero fore breui,vt ad priſcum candorem quàm proximè accedatur.Plautus in Aulularia: Ibo igitur, parabo nunquid vis Idem in Trinummo: Nunquid vis?Reſpondetur:Cures tuam fidem. Terentius in Eunucho:Rogo nunquid velit?Rectè,inquit.Idem in Adelphis: Nunquid vis,quin abeam? Cicero Q. Ciceroni fratri:Me adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam vellem: te puto ſæpè habere, qui nunquid Romam velis quærant. Idem Attico:Me expenſæ ſua villa nunquid vellem,rogauit.Eidẽ:Is me proficiſcentẽ Apameã proſecutus eſt,nec cùm poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet,nunquid vellem, rogauit. Titus Liuius ab vrbe condita:Frequentia proſequentium, rogantiumq́ue nunquid vellet.

NOCTV, INTERDIV.

NOctu, interdiu, quod ferè omiſſum eſt, & omnes dicunt,bonis alioqui verbis,de noctè,meridie.Cæſar in Commentarijs: Pompeius clam & noctu, Cæſar palam,

atque interdiu. Cato de re ruſtica: Marti Syluano in ſylua interdiu in capita ſingula boum votum facito:

NEC CAPVT, NEC PEdes habet.

Nec caput nec pedes habet, modo hoc loquendi vulgaris etiam nunc ſermo Romanus frequẽter vtitur, cùm res intricata & impedita eſt, vt quò te vertas, neſcias: Cicero Curioni. Propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum ſcribis nec caput, nec pedes, equidem vellem vti pedes haberent. vt aliquando redires.

NIHIL MIHI LONGIVS, nihil propius nihil potius.

Nihil mihi longius, nec quidquam mihi longius, nihil fuit propius, nihil fuit potius, modi ſunt loquẽdi maximè ediſcendi. Plautus in Mili. Nihil fuit propius quàm vt perirem. Cicero: Rabirio poſthumo: Nec mihi longius quidquam eſt iudices, quàm videre hominũ vultus. Idem in Somnio Scipio: Nihil mihi fuit potius, quàm vt Maſiniſſam conuenirem.

Non idem tibi & mihi.

Notandum eſt & hoc non vulgare dicendi genus: Non idem tibi & mihi, & quod multi multò aliter proferunt. Nemo enim non dicit: Non idem tibi ſicut mihi, vel non idem tibi, quod mihi. Varro de lingua Latina: Et de ijs nõ eadẽ oratores & poëtæ. Cicero de fato: Vide ne non eadẽ ſit illorũ cauſa & Stoicorum. Saluſtius in Catil. Non eadẽ vobis & illis neceſſitudo impendet.

Non habeo quòd te accuſem.

Non habeo accuſem ſenectutem: Non habeo quòd te accuſem, nihil habeo quòd defendam, certo modo loquendi illius temporis elegantiſſimè dicebatur: Minores hæc vt alia corruperunt. Cicero de Senectute: Non habeo quod accuſem ſenectutem. Idem in epiſtola ad Cælium: Neque tamen adhuc habeo quod te accuſem. Idẽ pro Tito Annio Milo. Nihil ſanè id proſit Miloni, qui hoc fato natus eſt, vt ne ſe quidem ſeruare potuit, quin vnà Rempubl. voſque ſeruaret: ſi id iure non poſſet, nihil habeo quod defendam.

Néue hoc, néue illud.

Néue hoc, néue illud, genus eſt dicendi perelegans, & vt eſt longo interuallo omiſſum, ita eſt veluti poſtliminio repeten-

repetendum. Cicero Lentul. Peto à te, ne idà me, néue in hoc reo, néue in alijs quæras. Idem de Orat. Vt néue aſper eorum concurſus, néue, hiulcus ſit. Ibidē: Vt néue aſperè concurrunt, néue vaſtiùs deducantur.

Ne viuam &c.

Ne viuam, ne valeam, ne ſim ſaluus, peream, diſpereā, moriar, malè mihi ſit: modi ſunt dicendi, cùm quid aſſeuerare, & veluti quibuſdam precibus deuouere, aut ſacramento aliquo obteſtari cōtēdimus. Cicero Attico Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio. Eidē: Quid poteris, inquis pro ijs dicere, ne viuam ſi ſcio. Idem Caio Fabio Gallo: Sed ne viuam ſi tibi concedo, vt eius rei tu cupidior ſis quàm ego ſim. Eidem: Moriar ſi quiſquam me tenet præter te. Eidem: Malè mihi ſit, ſi vnquam quidquam tam enitar. Idem Tironi: Solicitat, ita viuam, me tua mi Tiro valetudo. Propertius:

Diſpeream ſi quidquam aliud, quàm gloria de te
Quæritur.

Nunc erat.

Nunc erat, antiqui illi ſimul ponebant præſens cum præterito. Ouidius in epiſtola ad Vlyſſem:

Nunc erat auxilijs illa tuenda patris:

Horatius: Nunc ſaliaribus ornare puluinar deorum. Tempus erat dapibus ſodales Cicero Attico. Nunc reus erat apud Craſſum diuitem. Vectius de vi. Eidem: Brutus erat in Veſide etiam nunc.

Nomen facere.

Obſeruaui item quid ſit exigere, & facere nomen. & nomina de facta, non idonea. Viſumq; eſt mihi nomē & nomina quandoq; pro debitoribus, quādoq; pro ipſo debito accipi. Facere autē nomina, id eſſe quod debitores cōparare, quod diuerſis modis fiebat, pactis vſuris, vel promiſſis menſtruis, aut annuis fructibus. Pecunia enim, aut numerata ſeruabatur in arca aut emptis agris vel mercibus in nominibus collocabatur: vt infrà poſitæ autoritates meliùs declarabunt. Cicero de Natura deorum: Aut tu illum fructu fallas, aut per literas auertas aliquod nomen, aut per ſeruulum percutias pauidum. Idem Attico Salaminos autem, hoc enim poteram coërcere, adduxi, vt totum nomen vellent Scaptio ſoluere. Idem pro L. Flacco: Hermippóque percontanti de nomine Faſiano

Paulus de Pignoratia actione,l. Si conuenitur. Vt nomen debitoris mei pignori tibi ſit, tuenda eſt à prætore hæc contentio vt & te in exigenda pecunia, & debitor aduerſus me ſi cum eo experiar,tueatur:ergo ſi id nomen pecuniarum fuerit, exactam pecuniam tecum compenſabis. Vlpianus de Doli mali exceptione, Apud Celſum. Quod ſi is,cui pecunia debebatur cum debitore decidit,& nomẽ eius vendidit Seio, cui debitor mandauerat, vt nomen emeret. Scæuola de Legatis, l. Nomen debitoris in hæc verba legauit: Titio hoc amplius dari volo cẽtum aureos quos mihi hæreditas C. Selij debet, aduerſus quos ei actionẽ mandari volo,eiq́ue eorundẽ pignora tradi: Quæro vtrum hæredes tantùm decem dare debeant, an omne debitum,hoc eſt,an & vſuras debeant mandare? Reſpondi, videri vniuerſam eius nominis obligationem legatam. Hermogenianus de Euictionibus, l. Si plus. Qui nomen quale fuit vendidit,duntaxat, vt ſit, non vt exigi aliquid poſſit,& dolum præſtare cogitur. Cinna de Catone: Mirati ſumus vnicum magiſtrum,ſummum Grammaticũ,optimum Poëtam,omnes ſoluere poſſe quęſtiones,vnum difficile expedire nomen.

Facere nomina.

Cicero de Officijs:Hortos emit inſtructos, nomina facit,negotium conficit.Idem Fabio Gallo: Tantum ex Arpinati veneram,cùm mihi à te literæ redditæ ſunt, ab eodemque accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat, liberaliſſimum nomina ſe facturũ, cùm veniſſet,qua ego vellem die.Paulus de Peculio,l.Ex facto:Planè ſi ex re pupilli nomina fecit,vel pecuniam in arca depoſuit,datur ei vindicatio nummorum. Pomponius de peculio, lege, Peculium·Si verò nomina ita fecerit dominus, vt quaſi debitorem ſe ſeruo faceret, cùm debitor non eſſet,contrà puto. Scæuola de Fideicommiſſarijs libertatibus, lege, Thais: Stichus Archarius probante domino nomina fecit, & rationes à domino ſcriptas exhibet, nec poſtea nomen vllũ fecit.Idem de legatis,lege,Nomen debitoris: Multos nouos debitores amplarum pecuniarũ,fecit,& ſubdit: Quæſitum eſt,an huic filia,eorum nominũ quæ ipſe fecit, perceptio permittenda eſſet. Papinianus de vſu & vſufructu, lege, Vxori: Non idem ſeruabitur in nominibus ab hærede factis.

Exigere

Exigere nomina

Cicero in Verrem: Vt reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe Paulus de vſuris, lege, Cęius Exigi ſolent etiam ſi omnia nomina idonea ſint.

Nomina ſimpliciter.

Cicero in Verrem: Ille clamare cùm raperetur, nihil ſe miſerũ feciſſe, pecuniam ſibi eſſe in nominibus numeratam in præſenria non habere. Idem in Tipocis: Non ſi vxori vir legauit argentum omne quod ſuum eſſet, idcirco quæ in nomnibus fuêre, legata ſunt. Multùm enim differt, in arcá ne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur. Idem Attico: Nomina męa per deos expedi. Horatius in Sermonibus: Nomina ſectatur.

Idem in Epiſtolis.

Cautos nominibus certis expendere nummos.

Vlpianus de rebus eorum, qui ſub tutela, l. Magis puto: Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus: qui conuenire poſſint, vel in fructibus conditis, vel etiam in reddituum ſpe, atque obuentionum. Papinianus de adminiſtratione & periculo, l. Tutor: Siue curator nomina quæ iuſtè putat non eſſe idonea. Idem eodem titulo, l. Tutores: Nominum paternorum periculum, quę poſt pubertatem adoleſcentis idonea fuerant, præſtare cogendi non erunt Scæuola de adminiſtratione & periculo, l. Qui negotiationem: Duo milia potuerunt à ſubſtantia hæreditatis ſeparari, in nomina collocare neglexerint. Idem de fundo inſtructo l. Liberto. Ex nominibus debitorum elegit idonea nomina Africanus ad Senatuſconſultum Velleianum l. Tutor: Quòd parum idonea nomina debitorum viderêtur. Modeſtinus. Si certum petatur: Periculum nominum ad eius cuius culpa factum probari poteſt, pertinet. Scæuola de ſtatur. liberis, l. Sticho: Argentarius coactos cùm penè totam fortunã in nominibus haberet. Idem de donationibus, l. Ad eum Peculium omne quidquid habes, tam in nominibus, quàm in rebus mouentibus, ſiue in numerato, me tibi concedere hac epiſtola mea manu ſcripta, notum tibi facio. Papinianus de adminiſtratione rerum, l. Imperatores. Item reſcripſerunt, nominum, quæ deteriora facta ſunt tempore curatoris, periculum ad ipſum pertinere.

OPERAM LVDERE.

QVis negetеſſe modum loquendi, quo Latinitas tota continеatur? Nam quis eſſet, qui operam ludere, dicere auderet, niſi priùs patres illi Latinæ eloquentiæ ſic dixiſſent? Cùm enim fruſtrà aliquid fieri putabant, operã ludimus, dicebant: quod imitatione dignum maximè eſt. Plaut' in Pſeudolo: In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Terentius in Phormione: In illis fructus eſt, in illis opera luditur. Plautus in Caſina: Si me nunc ſuſpẽdam operam luſerim, & præter operam reſtim ſumpti fecerim.

O S.

OS, certo modo loquendi ab illis antiquis pro áudacia, & temeritate, quandoque pro conſpectu ponitur Cicero in Oratore: Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad eas cauſas ſine vlla ſententia iuris audet accedere? Idem in Verrem: Os hominis, inſignemq́ue inpudentiam coguoſcite. In Philippica quinta: Sed illud os, illam impuritatem. In Philippica vndecima: Audiſſet furentis introitum Dolobellæ, vocem impuram atque os illud infame. Idem pro C. Rabirio Poſthumo: Quod habent os? quam audaciam? Saluſtius in iugurthino: incedunt per ora veſtra magnificè. Cicero pro Cn. Planco: Quæ cùm ita ſint, iam ſuccumbat Laterenſi iſti tuo ori nimio, in eo, in quo nihil poteſt eſſe nimium: quoniam ita tu vis, nimiũ me gratum eſſe concedam.

O P E R AE.

OPeræ in plurali, quod nuſquam ab alijs obſeruatum reperi, id eſſe videntur, quod ſectatores, adſecla, clientes. Quæ res quò iudicari faciliùs queat, vt conſueui, infrà, quę collegi, locã. Cicero Quinto fratri. Cùm omnia maledicta, verſus etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam dicerentur. ille furẽs & exanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo: quis eſſet qui plebem fame necaret? Reſpondebant operæ, & ſubdit: Factus eſt à noſtris impetus, fuga operarum, & ſubdit: Itaque ſe comparat, homines ex agris accerſit, operas autem ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. Eidem: Operæ Clodianæ clamorem ſuſtulerunt. Idem Attico: Operæ comparantur. Eidem: Operæ Clodianæ pontus occupârant. Eidẽ

Qui

Qui erãt mecum facilè operas aditu prohibuerunt. Idem pro P. Sextio: Erat enim mihi contentio, non cum victore exercitu, ſed cum operis conductis, & ad rapiendam vrbem concitatis. Idem pro P. Sylla: Contra patrem tuum operas & manum conparaſſe. Idem in oratione qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum: Cum iiſdem operis ſuffragium ferentibus.

OBTINERE PROVINCIAM.

OBtinere prouinciam, modus dicendi, quo ſignificatur habere prouinciam ad tempus ad regendum, vt Proconſul, aut Prætor, vel vt Quæſtor, aut pro alio magiſtratu. Cicero in Verrem: Iam antea in ſella ſedens Prætor cùm prouinciam Siciliam obtinere. In eundem: Sic obtinui Quæſturam in prouincia, vt omnium oculos in me vnum coniectos arbitrarer. Idem pro L. Flacco: Cùm Aſiam prouinciam cõſulari imperio obtineres. Idem pro Q. Ligario: Interim P. Actius Varus, qui Prætor Aſiam obtinuerat, Vticam venit. Idem in Vatinium teſtem. Cum Quæſtor Macedoniam obtinebat. Idem pro M. Cælio: Africam tum Prætor ille obtinebat. Lentulus Ciceroni: Et mihi dent negocium, vt Aſiam obtineam. Titus Liui' ab vrbe condita: Galliam prouinciam obtinere.

Obtingere autẽ prouinciam eſt, cùm ſortitò prouincia regenda alicui committebatur. Cicero in Verrem: Quæſtor ex Senatuſconſulto prouinciam ſortitus es obtigit tibi conſularis. Idem Attico: Aſiam Quinto ſuauiſſimo fratri obtigiſſe audiſti.

O B.

EVelli ex intimis latebris, modò coniunctionis, modò præpoſitionis particulæ Ob, candidiſſimum ſenſum, non enim vulgatum illum, aut palàm poſitum, quod propter ſignificat, verum in quod circum vel ante aut contra oſtendat, atque ita ante, vt ſermoni interponatur velut obex quidam, & interiaceat, vt obſidere vrbem, id eſt, circumſedere. Plautus in Mili. Nunc demum experior ob oculos caliginem priùs mihi obtigiſſe. Ibidem: Nam ille qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat. Idem in Truculento: Irata eſt, quia ſcortum ob oculos adduxerit. Cicero pro. P Sext. Aut ego illas res tantas, in tanta im-

proborum multitudine cùm gerebam, non mihi mors, non exilium ob oculos verſabantur? Idem de Finibus bonorum & malorum: Cuius incola Sophocles ob oculos verſabatur. Titus Liuius ab vrbe condita, Fœda mors ob oculos erat. Ibidem: Vt mors ob oculos omnium eſſet.

Virgilius:

Cunctos ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Plautus in Aulularia:

Dum it dormitum, follem obſtringit ob gulam.

Inde obire prouinciam, obire fundos, obire ſacra dicitur.

Cicero in Verrem, Ego Siciliam totam quinquaginta diebus ſic obij. Idem de Orat. Iudicia priuata magnarum rerum obire, Ibidem: Cui noſtrûm non licet fundos noſtros obire? Virgilius:

Dicunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis.
Pellis obit totum.

Cicero in Verrem: Nam æſtate ſumma, quo tempore cæteri Prætores obire prouinciam & concurſare conſueuerunt. Ibid. Cùm verò æſtas ſumma eſſe iam cœperat, quod tempus omnes iam ſemper Siciliæ prætores in itineribus conſumere conſueuerunt, propterea quòd tum putant obeundam eſſe maximè prouinciam, cùm in areis frumenta ſunt. Idem pro lege Manilia. Cùm ita clauſa erant nobis omnia maria, vt neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. Titus Liuius ab vrbe condita: Quanquam ipſe plurima ſacra obibat. Ibidem: Munus vigiliarum obibant. Ibidem: Quia duo conſules obire tot ſimul bella nequirent. Ibidem: Ne ad omnia ſimul adire & obire vnus non poſſit. Ibidem: Haud grauatè munia obeundo. Cicero de Amicitia: Qui diligentiſſimè ſemper illum diem illudque munus ſolitus es obire. Pro lege Agraria: Qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt. Ibidem: Hæreditatum obeundarum cauſa. Virgilius.

Magnas obeuntia terras Tot maria intraui.

Cæſar in Commentarijs: Omnia per ſe obire, & quid quoquo loco faciendum eſſet prouidere non poſſet.

De particula Ob pro contra.

Plautus in Sticho, Tranquillam vitam concinna. Si rex obſtabit, regem peruertito ipſum. Ibidem: Si tibi nulla

ægritudo

ægritudo eſt animo obuiam.

Offendere.

OFfendere, interdum eſt quod incurrere: Vnde offenſiones pedum, quas Auguſtus Cæſar vt duram & mali ominis abhorrebat. Plautus in Curcul. Ne quem in curſu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu. Cicero pro Marco Varrone. Quis eſt tam Lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Idem Lentulo: Si cecidiſſet vt volumus, & optamus omnes te ſapienter, & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupidè, & temerè feciſſe dicturos. Idem in Verrem Si tantulum offenſum, titubatumq́ue ſit.

Ouid us in Epiſtolis.

Cùm foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenſus limine ſigna dedit.

Idem de Faſtis:

Creditur offenſo procubuiſſe pede. Tibullus:
Te canit agricola è magna cùm venerit vrbe,
Serus in offenſum retuleritq́ue pedem. Idem.
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.

Vitruuius: Si ad aſciam offenderint calculi, non erit calx temperata. Plautus in Penul. Quemque viſco offenderant. Titus Liuius ab vrbe condi. Miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum. Cicero pro Cluent. Quibis apud eos iudices offendiſſet.

OPES.

OPes à bonis illis autoribus poſitas non ſolùm pro diuitijs, verùm etiam pro potentia, quæ conſtat ex amicis, clientelis, propinquis, populari fauore, infrà planè colliges. Cicero de Officijs: Exiſtuntq́ue in Republica plerunque largitores & factioſi, vt opes quàm maximas conſequantur, vt ſint potiùs ſuperiores, quàm iuſtitia pares. Idem de Amicitia: Diuitijs vt vtâre, opes vt colâre, honores vt laudêre. Ibidem: Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. Idem pro Cluentio: Sylla maximis opibus, cognatis, ad finibus. Idem Attico: Tamen firma munitur quædam nobis ad retinendas opes noſtras tuta (vt ſpero) via Idem pro Bublio Quintio: Vt P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum aduerſario gratioſiſſimo contendat. Idem ad Equites Romanos: Et ſingulorum

Solâ ne perpetua mœrēs carpêre iuuēta? Ouidius in Ibin:

Dij tibi dent nudosq́ue lares, inopemq́ue ſenectam,
Et longas hyemes, perpetuamq́ue ſitim.

Idem de Ponto.

Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis.

Catullus.

Iucundum mea vita, mihi proponis amorem
Hunc noſtrum inter nos, perpetuumq́ue fore.

Vitruuius. Dum in craſſitudine perpetuæ taleæ oleaginæ vſtulatæ quàm creberrimè inſtruantur. Idem: Quæratur ſolùm, ſi ſit perpetuò ſolidum. Idem: Sin autem valles erunt perpetuæ, in declinato loco curſus dirigentur. Titus Liuius ab vrbe condita: Saltus perpetuis montibus inter ſe iuncti. Ibidem: Modò ſic perpetuus huius, qua viuimus, pacis amor. Idem de bello Macedonico: Perpetuis orationibus die adſumpto. Paulus de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, l. ſi via. Si lacus perpetuus in tuo fundo eſt, nauigandi quoque ſeruitus, vt perueniatur ad fundum vicinum, imponi poteſt. Idem: Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, l. item eorum. Niſi lex municipij vel perpetua conſuetudo prohibeat. Vlpianus, Soluto matrimonio, l. ſi cùm dotem: Et ſiquidem interuallum furor habeat, vel perpetuus quidem morbus eſt.

Perpetuare.

Plautus in Pſeudolo: Non eſt iuſtus amator, niſi qui perpetuat data Cicero de Oratore: Vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Idē pro Publio Sylla ſemper Cæcilius in calamitate fratris ſui iudicium poteſtatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandum putauit.

PRAESTARE CVLPAM, DOLVM, & huiuſmodi.

CVlpā legiſſē varijs in locis in Cicerone, apud Iuriſcō ſultos, & aureos alios, penes quos videtur quodāmodò Latinæ linguæ proprietas reſediſſe, præſtare culpā, dolū, vim, caſum, viciū, & alia huiuſmodi: & quaſi cæcutiētibus oculis quid eo modo dicēdi ſignificaretur, hallucinarer: cōtuliſſemq́; ſimul plura loca ex ijs, quò id meliùs internoſcerē: viſū eſt mihi id eſſe præſtare culpā, viciū &c. id genus, ꝙ ad culpā teneri. Et vt ſignificātiùs dicā, id mihi videtur culpā præſtare, ꝙ ſtare pro culpa: vti clariùs ex ijs

ijs quas ſubieci, autoritatib. demōſtratur. Cicero in epiſt. C. Torquato: Sumus igitur ea mente, quā ratio & veritas præſcribit: vt nihil in vita à nobis præſtandū præter culpā putemus. Idem de Oratore: Perge verò Craſſe, inquit Mutius, iſtam enim culpā, quam vereris, ego præſtabo. Ibid. Defendebamus quidquid fuiſſet incommodi in mācipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare debere. Ibidem: Demonſtrare grauiſſimis verbis, multos ſæpè impetus populi non iniuſtos eſſe, quos præſtare nemo poſſit. Idem Papirio Peto: Sic video philoſophis placuiſſe ijs, qui vulgò ſoli videntur vim virtutis tenere: nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpam, qua mihi videor dupliciter carere. Idem in Topicis: Omnibus eſt ius parietem directum, ad parietem communem adiungere ſolidum vel fornicatum. At ſi quis in pariete communi damni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix vicij fecerit. Idem pro Publio Sextio: Ea conditione geſſeram, vt meum factum ſemper omnes præſtare, tueriq́ue deberent. Idem ad Q. fratrem: Quos verò aut ex domeſticis coniunctionibus, aut ex neceſſarijs apparitionibus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent, horum non modò facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt. Idem de Officijs: Si autem dictum non omne præſtandum eſt, quod dictum non eſt, id præſtandum putas? Cæſar in Commentarijs: Neque periculum præſtare eorum, ſed totam rem ad Pompeium reijcere: Cicero de Officijs. Nam cùm ex XII. tabulis ſatis eſſet ea præſtare, quæ eſſent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quidquid enim eſt in prædio vicij, id ſtatuerunt ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere & ſubdit: Cùm in vendendo rem eam ſciſſet, & non pronunciaſſet emptori, damnum præſtari oportere. Papinianus de rei vendicatione, l. ſi nauis: Periculum nauis poſſeſſor petitori præſtare non debet. Idem de adminiſtratione & periculo, l. tutores. Nominum paternorum periculum præſtare cogendi non erunt Idem eodem titulo, & eadem, l. Victus præteriti temporis periculum præſtabit. Vlpianus. Nautæ, caupones, &c. l. ſi quis. Factum non ſolùm nautarum præſtare debere, ſed & vectorum. Idem de tutelis, l. ſi filiusfamiliâs:

miliâs: Aequum eſt, vt eum duntaxat dolum pater præſtet, qui commiſſus eſt ante emancipationem filij. Idem de Magiſtratibus, l. in ordinem: Non enim debent Magiſtratus futuros caſus, & fortunam præſtare pupillo: idem de Legatis primo, l. Quid ergo. Sed ſi animal legatum occiderit, puto teneri, non vt carnem præſtet, vel cætera, ſed vt præſtet precium. Pompeius de negocijs geſtis, l. ſi negocium abſentis & ignorantis geras, & culpam & dolum præſtare debes. Sed Proculus ait, interdum & caſum præſtare debet. Pomponius, Soluto matrimonio, l. ſi mora per mulierem fuerit, quò minùs dotem recipiat, dolum malum duntaxat in ea re, non etiam culpam maritus præſtare debet. idem in eodem titulo, l. in partem. Dolum & culpam in eo peculio vel adquirendo, vel conſeruando maritus præſtare debet. idem in eodem titulo, l Etiam. Licet in dotalibus rebus non ſolùm dolum, ſed & culpam maritus præſtet. Cùm tamen quæritur in iudicio de dote, an facere poſſit, dolus duntaxat comprehenditur. Paulus eodem titulo, l. ſi filiofamiliâs: Si poſt diuortium res dotales deteriores factæ ſint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omni modo detrimentum ipſe præſtabit. idem de fideiuſſoribus, l. Hæres Eius qui non iure tutor, vel curator datus adminiſtrationi ſe non immiſcuit, dolum & culpam præſtare non debet. Iabolenus, Soluto matrimonio, l. in ijs rebus, quæ præter numeratam pecuniam doti vir habet, dolum malum & culpam præſtare eam oportere ſeruus ait. Vlpianus locati & conducti, l. Ex conducto. Seruius omnem vim, cui reſiſti non poteſt, dominum colono præſtare debere ait, vt puta, fluminum, graculorum, ſturnorum, & ſi quid ſimile acciderit.

P R AE.

PRæpoſitio *Præ* elegantiſſimè à bonis illis, autoribus ponitur, cùm comparationem quandam inducit: vt, Præ nobis beatus videris, id eſt, plus nobis beatus. Aliquando tamen ad comparationem, vt aliqui & iam dixerunt. Plautus & Terentius præpoſitionem hanc Præ, componunt cum quàm, quandoque cum vt, vt clariùs infrà videbitur. Plautus in Aulular. Sed hoc etiam pulchrum eſt, præ quàm vbi ſumptus petunt. Idem in Moſtellaria: Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache. Idem in Sticho: Iuniores omnes relictas habeo, præ

quod

quod tu nolis.Idem in Milite:Qui non ſum dignus præ te,qui figam palum in parietem.Ibidem:Præ illius forma quaſi ſpernas tuam.Ibidem Nihil hercle hoc quidem præ vt alia dicam.Idem in Menechmis: Modeſtior nunc quidem eſt verbis præ vt dubium fuit. Idem in Mercatore: Pentheum diripuiſſe aiunt.Bacchus nugas maximè fuiſſe credo præ vt quo pacto ego diuerſus diſtrahor.Ibidem Sanus ſim.præ te medicum mihi expetam. Terentius in Eunucho:Hic ego illum contempſi præ me. Ibidem : Qui ſi occœperit amare,ludum iocumque fuiſſe alterum dices illum,prout huius rabies quæ dabit. Idem in Adelphis : Omnia poſtponenda putauit præ meo commodo. Ibidem:Atque huic aliquid paululum præ manu dederis. Cicero Seruio Sulpit. Non tu quidem vacuus moleſtijs, ſed præ nobis beatus.Idem in Verr. Omnium minas, atque omnia pericula præ ſalute ſua leuia duxerunt Ibidē: Vt ipſe conſuluit hæc cauſa præ me nimis, etiamſi fieri poſſit,quàm priuatus eſſe videatur.Ibidem:Atque vt intelligatis ab iſto præ lucro,prædaque præſenti vectigalium, nec poſteritatis habitam eſſe rationem. Idem in Rullum: Quæ ſi in illo minima fuiſſent , tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.Idem in Bruto : Iſque ſe ita putat Atticum,vt veros illos præ ſe penè agreſtes putet. Cæſar in Commentarijs : Quòd omnibus Gallis præ magnitudine corporum ſuorum breuitas noſtra cõtemptui eſt, Horatius.

Cunctáne præ campo & Tyberino flumine ſordent? Titus Liuius ab vrbe condita:Qui omnia præ diuitijs humana ſpernunt.Idem de bello Macedonico:Sed quid iſta præ ijs,quæ à te tuiſque quotidie alia ſuper alia facinora æduntur?

PRAEIVDICARE.

PRæiudicare,apud eos,qui nouũ,nõ antiquũ dicẽdi modũ inſcitè ſectãtur,eſt id ꝙ dãnũ aut iacturã dare: veluti ſi dicãt,vt ſolẽt;in hac re mihi valde præiudicatur,aut hoc nõ ſine meo præiudicio fieri poteſt Qui modus dicẽdi quã procul abſit ab aurea elegãtiq́;Latinitate,infrà perſpicietur.Nã præiudicare eſt aliquẽ exẽplo alieni iudicij dãnare.Hoc enim iudiciũ à præiudicio differt.Iudiciũ eſt, quod ex cauſa ipſa fit:Præiudicium autem,quod iudicibus exẽplũ poſtea præbet ad iudicandũ in eadẽ cauſa,vel paribus

ribus

ribus cauſis, vti clarè in oratione Ciceronis pro Cluentio colligitur: qui duobus præiudicijs, vno in Scamnandrum, altero in Fabritium eadem veneficij cauſa factis, Oppianicum damnatum eſſe demonſtrat. Cicero pro Cluentio. Cùm Oppianicum iam perditum & duobus iugulatum præiudicijs videret. ibidem: Tum denique cùm duobus proximis præiudicijs condemnatus eſſet. ibidem: Niſi quę præiudicia de eo facta eſſe conſtarent. ibidem: Deinde ea de eo pręiudicia eſſe facta ab ipſis iudicibus, à quibus cõdemnatus eſt, vt non modò ab eiſdem, ſed ne ab alijs quidem vllis abſolui vllo modo poſſet. Ibidem: Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, vt re ſemel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit. Ibidem: Et qui cæteros nullo præiudicio facto, tamen ex ipſa cauſa condemnaſſet. ibidem: Cùm is duobus præiudicijs iam damnatus eſſet. ibidem: Patefactum eſt illo iudicio reum condemnari, præſertim ab ijſdem iudicibus, qui duo præiudicia feciſſent. Idem pro L. Murena: Si exiſtimabit iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio valere oportere. Idem de arte Rhetorica: Satíſne cauſæ ſit, quare cùm de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum ſit, præiudicetur. Idem in Verrem: De quò non præiudicium, ſed planè iudicium iam factum putatur. Ibidem: Hoc miror, qui de hoc homine præiudicium voluerit fieri, per recuperatores de hoc ipſo non modò præiudicârit, verùm grauiſſimè & vehementiſſimè iudicarit. M. Brutus Ciceroni: Quod enim nõdum Senatus cenſuit, nec pop. Romanus iuſsit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meũ. Titus Liuius ab vrbe condita: Præiudicium iam de reis, & Senatu & à populo Romano, & ab ipſorum collegiis factum eſſe.

PROXIMVS, ET VICINVS.

NVlli dubium eſt, quin inter proximum & vicinum differentia ſit, licet prima facie videantur idem. Nam qui vicinus eſt, proximus certè videri poteſt: & contrà qui proximus, eſſe idem qui vicinus. Eſt tamen proximus is quem nemo antecedit, & quo nemo vicinior eſt. Vicinus autem proximus, & idem non proximus eſſe poteſt. Sed ea duo nomina coniuncta antiquo modo dicendi, quod diſcrimen internoſceretur, elegantiſsimè repe-

xiunt

riuntur. Vlpianus de ſuis & legitimis hæredibus, l. Is eſt proximus, quem nemo antecedit: & is vltimus, quem nemo ſequitur. Plautus in Mercatore: Tuus amicus & ſodalis, ſimul vicinus proximus. Terentius in Hecyra: Deſpondet ei gnatam huius vicini proximi. Cicero Attico: C. Arrius proximus eſt vicinus, imò ille quidem iam contubernalis Eidem: C Albanus proximus eſt vicinus. Idem de Officijs. Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent, quòd eos nullos videret. Nullæ, quod, ſciam, ille inquit. Iabolenus, locati & conducti: Qui domum habebat, aream iunctam ei domui vicino proximo locauerat. Paulus de noui operis nunciatione, l. Non ſolùm proximo vicino, ſed ſuperioribus.

PERTINERE.

PErtinere nõ ſemper imperſonale eſt, nec eodem ſignificatu. Nam pertineo reperitur apud illos veteres, ſignificans id quod pertingo, perueuio, contingo. Cicero de natura deorum. Paulò ſupra quàm ad linguam ſtomachus annectitur, eáque ad pulmones vſque pertinent. Ibidem: Ad eaſdem partes iecoris confluunt, ad quas omnes eius viæ pertinent. ibidem: A corde autem in totum corpus diſtribuitur per venas admodum multas in omnes partes corporis pertinentes. Idem pro Murena: Latiùs patet illius ſceleris contagio, quàm quiſquam putat, & ad plures pertinet. Idem de Offic. Quòd eorum adminiſtratio latiſſimè pateat ad plurimosque pertineat. Cæſar in Commentarijs: A finibus Treuerorum ad Neruios pertinet. Ibidem. Equites barbaris omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Idem: Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad interiorem Partem fluminis Rheni. ibidem: Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam vergit, pertinet. Idem: Ne noſtri longiùs, quàm quæ ad finem porrecta, ac aperta loca pertinebant, cedentes inſequi auderent. idem: Veragróſque miſit, qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemanno, & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent. idem: Sylua eſſe ibi infinita magnitudine, quæ appellatur Bacenis, ab longè introrſus pertinere. Hircius in Commentarijs: Atque ad iugum, quod trans paludem penè ad hoſtium caſtra pertineret, mediocri valle à caſtris eorũ interciſum animaduerteret

uerteret, pontibus palude conſtrata legiones traducit. Titus Liuius de bello Punico: Hi mores, eaque charitas patriæ per omnes ordines velut tenore vno pertinebant. Idē de bello Macedonico: Agros ad mare pertinentes deuaſtat. Vlpianus de fonte deducēdo, l. Prætor: Quod ait. Prætor, pertinet, hoc ſignificat quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc eſt dirigitur, peruenit. Hircius in Commentar. Alexandria eſt ferè tota ſubfoſſa, ſpecusque habet ad Nilum pertinētes. Cæſar in Commentarijs: Omnia flumina, atque omnes riuos qui ad mare pertinebant, Cæſar auerterat. Ibidem: Ad earum partem munitorem ducit quę pertinebant ad mare. Ibidem: Quam pertingere à caſtris ad flumen ſuprà demonſtrauimus. Ibidem: Hæc ſyluā quandam contingebant.

PRAECIPITO

VErbo præcipito veteres illi laudatiſſimi vtebantur, præcipuè, cùm de ſyderibus, vel temporibus mentio incidebat, quod cùm nonnulli minùs obſeruaſſent præcipitare actiuum pro verbo paſſiuo poſitum eſſe ſuſpicati ſunt. Modus enim loquendi eos latuit, qui pro Grammatica & ratione apud eos autores & in eo verbo, & alijs frequenter vſurpatur. Cicero in Oratore: His autem de rebus Sol me ille admonuit, vt breuior eſſem, qui ipſe iam præcipitās, me quoque hęc præcipitem penè euoluere coēgit Cæſar in Commentarijs: Multi iam menſes tranſierant, & hyems iam præcipitauerat. Virgilius.

Et iam nox humida cœlo præcipitat.

PRAEVERTERE, PRAEVERTI, anteuertere.

PRæuertere, præuerti, anteuertere, non id ſignificant quod præcedere (vt aliqui volunt) ſed id quod præponere, præuenire: ſed non ſuo, imò potius prępoſtero, ac peruerſo ordine, id eſt, vt quod erat in animo, vt poſtea fieret, fiat anteà & contrà, quod antè erat faciendum, poſtea fiat. Sed id quoque præcipuè notandum eſt, datiuum poſt ſe plerunque trahere, ac deponēs idem verbū etiam fieri. Plautus in Milite: Iam nos iſti rei præuertemur. Ibidē Ig t rid quod agitur, nunc hoc primum præuerti decet. Idem in Mercatore: Mandatis rebus præuerti volo, ibidē: Al i ge abs te laſſitudinem, caue pigritiæ pręuertitur. Idem in Captiuis: Certum eſt hoc princiſium præuertier. Ibidē?

Pol mærores mihi anteuertunt gaudijs.Ibidem Et rei primùm præuerti volo.idem in Pſeudolo: Sed cùm pietatem video amori tuo præuertere, omnes tibi patres ſunt. Ibidem:Hoc præuerterat principio: illa omnia miſſa habeo quæ anteà agere oecepi.Idem in Perſa: Stultitia eſt, ſi cui benè eſſe licet,eum præuerti litibus: poſteriùs iſta hæc te magis agere par eſt.idem in Ciſtillaria, Præuerti hoc certum eſt rebus alijs omnibus.Idem in mercatore: Sæpè ex te audiui pater, mandatæ rei omnes ſapientes primùm: præuerti decet.Idem in Bacchid. Rebus alijs anteuertant Bacchis,quæ mandas mihi.Idẽ in Caſina, Omnibus rebus ego amore credo,& nitoribus nitidis anteuenire. Cicero de diuinatione: Si vacas animo, neq; habes aliquid,quod huic ſermoni præuertendum putes.Ibidẽ. Atque id ipſum cùm tecum agere conarer,Fannius anteuertit.

Horatius cùm vellet notare, vicia amicarum corrumpere amatores,dixit:Illuc præuertamur,ac ſi dixiſſet,prius erat notandum,amatores decipere amicas,ſed præpoſterè dicam de vitijs amicarum.Ait enim:Illuc præuertamur amatorem quod amicæ turpia decipiunt cæcum vicia,aut etiam ipſa hæc delectant. Titus Liuius ab vrbe condita: Nec poſſe,cùm hoſtes propè ad portas eſſent, bello præuertiſſe quidquam. Ibidem: Aegerè impetratum à tribunis, vt bellum præuerti ſinerent. ibidem: Nec rem aliam præuerti cenſere.Idem de bello Punico: Aut morte voluntaria,aut fuga præuerterent metum ſuppliciorum. Idem ab vrbe condita: Conati noui Conſules omnibus eam rem præuerti.Ibidem.Si Punicum Romano præuertiſſe bellum idem de bello Macedonico: Aliud in præſentia, quod magis inſtaret,præuertendum ſibi eſſe duxit.idem Præuertẽdos animos à ſuſpicione talium conſiliorum ratus.

PONERE IN LVCRO, ET in lucris.

POnere in lucro, modus hic loquendi tum dicebatur, cùm aliquid boni præter ſpem eueniebat. Cicero pro Lucio Flacco: Quieſcant igitur, & me in hoc lucro ponere,atque aliud agere patiantur.

PAR-

PARVO NEGOCIO, NVLLO negocio.

PAruo negocio, nullo negocio, modus loquendi illorum fœlicium temporum, id ſignificat, quod imperiti, paruo labore, nullo labore, dicunt. Cicero, Attico. Cato qui Siciliam tenere nullo negocio potuit.

PRO TEMPORE, PRO RE, Pro loco.

PRo tempore, pro re, pro loco ſignificat, quod ineptè dicunt, pro qualitate temporis, rei, loci. Modi ſunt loquēdi doctiſſimi illius ſeculi. Cæſar in Commentarijs: Conſilium pro tempore, & pro re caperet.

Virgilius in Bucollicis.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus. Saluſtius in Iugurt. Pro tempore benignè reſpōdit. ibidem: Deinde ipſe pro re ac loco paulatim procedere. Cicero, Attico: Nam pro malis rectè habebat. Saluſtius in Catilin. Quod ſinguli pro opibus quiſque quàm plurimas vxores, denas alij, alij plures habeant.

DEPRECANDI MODVS PER fortunas, per caput, per fidem, per deos, per homines.

PEr fortunas per fidem, per deos, per homines, modus eſt deprecandi elegantiſſimus, à literatis celebratus, ab alijs neglect⁹. Plautus in Menechmis: Per ego vobis deos atque homines dico. Ibidem. Per ego te hæc genua obteſtor, Terentius: Per ego te deos oro: ne illi animum inducas. Cicero, Attico: Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud perfice. Eidem: Subueni igitur per Deos, idq́ue quàm primum. Eidem: Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas dum ades, quidquid prouideri poteſt, prouide. Eidem: Sed propterea per deos scis quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate. Eidem: Per fortunas, & omnem tuum amorem, quo me es complexus, omnemq́ue tuam prudentiam, quam me hercle in omni genere iudicio ſingularem, confer te ad eam curā, vt de omni ſtatu meo cogites. Eidē: Ad quæ recuperāda per fortunas, incumbe vt facis. Idem Terentiæ: Per fortunas etiā atque etiam vide, ne puerum perditum perdamus. Titus Liuius de bello. Punico: Per ego te (inquit) fili, quæcunque iura liberos iungunt parentibus, precor, quæſóque.

[library stamp]

PROXIME', PROPIVS.

PRoximè cùm propoſitio, eſt accuſatiuo iuncta quandoque reperitur: quæ & ipſa ſermoni Latino non paruam adfert elegantiam. Idem fit de comparatiuo Propius Varro de re ruſtica. Villici proximè ianuam cellam eſſe oportet Cicero Metello Celeri: Tu ipſe velim iudices, ſatiſne videatur ijs omnibus rebus tuus aduetus, cùm proximè Romã veniſti, mutuò reſpondiſſe. Idem, Attico: Officium meum eſſe putaui quàm proximè hoſtem eſſe. Idẽ in Antonium: Operam det, vt cum ſuis copijs quàm proximè Italiam ſit. Caſſius Ciceroni: Sunt tibi M Tulli liberi, propinquíque, digni quidẽ te, & meritò tibi chariſſimi eſſe etiam debent in Repub proximè hos chari, qui ſtudiorum tuorum ſunt æmuli, Vitruuius: Quod non proximè calcem mali, quid eſt loco centri, ſed in ſummo longius, & ab eo progreſſa recipiunt in ſe velamentum. Ceſar in Comment. Quod propius Romanos acceſſiſſet. Hircius in Comment. Cum propius hoſtem acceſſiſſet. Titus Liuius ab vrbe condita: Vt propius vrbem Romam exercitum admoueret: Ibidem Caſtra propius hoſtem mouit.

Peruadere

Pari Candore, & propè dulcedine quadam & hic loquendi modus confectus videtur: cùm peruadere incendium per ſata, peruadere tempeſtas per vineta, peruadere fuor irati: aut crudelis alicuius per populos, ab illis Latinitatis conditoribus ſcriptum reperitur. Cicero in Verrem: Quacunque iter fecit eiuſmodi fuit, non vt legatus populi Romani, ſed vt Quedam calamitas peruadere videretur. ibidem: Quãtum incendium nõ ſolùm per agros. ſed etiam per reliquas fortunas aratorum iſto Prætore perſuaſerit. Ibidẽ: Te tanquam calamitoſam tempeſtatẽ, peſtémque peruaſiſſe demonſtro. Ibidem: Locus intra Oceanum iam nullus eſt, neque tam longinquus, neque tã reconditus, quò non per hæc tempora noſtrorum hominum libido peruaſerit. Ibidem. Nec cùm in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in italiam vlla perua ſit. Idem de natura Deorum: Contractiores habent introitus, ne quid in eas quod noceat, poſſit in eas quod vocat, Poſſit peruadere. Cicero pro lege Manilia: Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum peruaſerat. Ibidem: Quò non

illius diei fama peruaſerit? Titus Liuius ab vrbe cond. Paſſim totam vrbem peruadit. Ibidem:Murmur à tribunali totam contionem peruaſit. Idem de bello Punico:Cùm pauor & trepidatio totam vrbem peruaſiſſet. Idem ab vrbe condita: Vt clamor vrbem peruaderet gratulantium ſaluos rediјſſe. Ibidem:Cùm ea fama forum, atq; vrbem peruaſiſſe. Idem de bello Macedonico: Terror omnem oram maritimam peruaſit. Idem pro P. Sylla: Quas oras maximè quaſi morbus quidem illius furoris peruaſerat.

PRAETEREA.

HAEC quoque clauſula *præterea*, obſeruatione præcipuè digna videtur: nam certo modo loquẽdi non poſt multa ſolùm connumerata, à perfectis illis autorib' ponitur, verum etiam poſt ſingularem aliquam, vel perſonam, vel rem. Cicero Seruio Sulpitio: A me verò ita diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini. Idem in Philippica prima: Nihil tum, niſi quod erat notum omnibus, in C. Cæſaris commentariјs reperiebatur, num qui exules reſtituti? vnum alebat præterea neminem.

Ouidius de Ponto:

In quibus excepto, quòd adhuc vt cunque valemus,
Nil me præterea quod iuuet inuenies.

Cicero pro lege Manilia. Eundem hunc vnum ab hoſtibus metui præterea neminem.

PRAESCRIBO.

PRæſcribere, quod verbum Iuriſperiti nonnulli pro certo temporis ſpacio capiunt, quòd vbi præteriјt, res de qua controuerſia ſit, vltrà agi non poteſt. Id tamen ſignificatum & ſi celebre apud eos eſt, Latinum tamen nõ eſſe conſtat. Præſcribere enim (vt infrà patebit) id eſt, quod ſtatuere, conſtituere, præcipere. Terẽtius in Andria: Tute iјs rebus finem præſcripſiſti pater. Cicero, Torquato: Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit. Idem Attico: Sed nihil præſcribo, accuratè velim præſcribas tuam ad me ſententiam. Fidem: Veni igitur, & age de pace: Meóne inquam arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? Idem pro Lucio Flacco: Plura etiam effundet, quàm tu eis domi ante præſcripſeris. Idem in Vatinium teſtem: At tibi iam inde præſcribo ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore, permiſceas. Idem de Finibus bonorum & malorum: Omnis autem in quærendo,

rendo, quæ via quadam, & ratione habetur oratio præſcribere primùm debet, vt quibuſdam in formulis ea res agatur. Idem pro Tito Annio Milone: Sin hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus feris natura ipſa præſcripſit. Idem pro Aulo Cecinna. Veſtra autoritate hoc conſtituetur, hoc præſcribatur. Idem in Tuſculanis: Et ſi iniquum eſt præſcribere mihi te quemadmodum à me diſputari velis. Idem pro lege Manil. Facilè intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid alijs præſcriberetis. Idem de Officijs: Si hoc natura præſcribit. Cæſar in Commentarijs: Non ad alienum præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare Ibid. Si ipſe populo Romano non præſcripſerat. quemadmodum iure ſuo vteretur.

Horatius in ſermonibus.

Quid faciam præſcribere.

Aſconius Pædianus: Non dixit à ſua voluntate, ne præſcribat iudicibus ſequendos eſſe Siculos. Cicero pro Gn. Planco: L. verò Apuleius hunc tanti facit, vt morem illũ maiorum qui præſcribit in parentum loco quæſtoribus Prætores eſſe oportere. Idem pro Lucio Flacco: Cui ſi patrem conſeruabitis, qualis ipſe debeat eſſe ciuis præſcribetis. Idem pro Publio Sext. Sed etiam memoria digna vti R.P capeſſendæ autoritatem diſciplinamq́ue præſcribere. Idem in Catilinam. Et à L. Caſſio eſſe præſcriptum.

Præire verba, præire verbis, vel voce.

Præire verba, dicebant illi veræ Latinitatis principes cùm carmen aliquod canendum antequam vel fœdus feriretur, aut exercitatio piaculi gratia per Pontificem, vel ſacrificulum, aut alium magiſtratũm fieret, magiſtratus primò pronunciabat. Vnde præire verba, hoc eſt inire verba: vel præuenire dicebatur. Pręire verbis, & præire voce, ſimpliciter erat verbis, aut voce pręfari, vt clarius ex inferioribus patebit. Titus Liuius ab vrbe condita: Pontificem præire iuſſit verba, quibus ſe, legioneſq́ue hoſtium deuoueret. Ibidem: Coactus Pontifex maximus verba præire. Ibidem: Agé dum Pontifex præi verba: quibus me pro legionibus deuoueam. Ibidem: Obſecratio itaque à populo Duumuiris præeuntibus facta. Ibidem: Dictator præeunte Aulo Cornelio Pontifice maximo, ludos magnos tumultus cauſa vouit. Ibidem: Sunt qui M.

Fabio Pontifice maximo præfant e carmẽ deuouiſſe eos ſe pro patria Quiritibuſque Romanis tradant. Idem de bello Macedonico: Præeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus. Ibidem: Id votum in hæc verba præeunte P. Licinio Pontifice maximo: Conſul nuncupauit Plautus in Rudent. Præi verbis quod vis. Cicero pro Tito Annio Milone: Qui heſterna etiam contione incitati ſunt, vt vobis voce præirent.

Prodere memoriæ.

Prodere memoriæ, modus eſt loquendi, ſignificans quod vulgò manifeſtare pro memoria ſeruanda, & alijs ineptis modis dicitur. Cicero pro lege Manilia. Quod iam nationibus exteris incredibile, ac falſò memoriæ pro ditum videbatur. Idem pro Milone: Itaque hoc iudices, non ſine cauſa factis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt.

Planum facere.

Planum facere, modus hic loquendi planus per ſe ſatis eſt, id ſignificat, quod declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſoluere, & ante oculos verbis explanare, & patefacere. Tranſlatio enim à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Cicero in arte Rhetorica: Si quis cùm Oreſtem accuſat, planũ faciat ab eo matrem eſſe occiſam. Ibidem. Illud docuimus, hoc planum fecimus. ibidem: Quidnam ampliùs iudices deſideratis, cùm vobis hoc planum factum ſit? idem in Verrem: Hoc planum factum eſt. ibidem: Tabulis vobis, & teſtibus iudices planum faciam. Ibidem: Cùm præſertim planum facere multis teſtibus poſſim. ibidem. Vobis planum faciemus. ibidem: Cùm planum fieret Decumis contra inſtituta legis conſuetudinemque omnium. idem pro Rabirio Poſthumo: in illo primo iudicio planum factum ſit: idem pro Roſcio Amerino: Quid ſi tandem planum facio? ibid. Tamen cùm planum iudicibus eſſet factum. ibidem: Quòd ei planum facere poſſum. ibidem: Hic niſi planum facit, ſeſtertia quinquaginta tria ad libellum ſibi deberi, cauſam perdit. ibid. Quod planum facere non modò non poſſis, verùm ne coneris quidem. Cicero pro Cluentio: Multorum teſtimonijs planum factum eſt. ibidem: Quòd planum fecerint illam ob rem iudicandam pecuniam accepiſſe. ibidem. Quorum teſtimonijs planum

num factum eſt. ibidem pro Publio Quintio: Vt hoc tibi planũ ſit faciendum. Ibidẽ: id teſtibus pollicitus ſum planum me facturum. idem pro Aulo Cecinna. Si planũ facit.

PRIMORIBVS LABRIS, PRIMO-
ribus digitis attingere.

PRimoribus labris, primoribus digitis attingere, ſumere: hoc modo loquendi id ſignificatur, quod parùm attingere, parùm eam rem de qua dicitur, intelligere. Nam tranſlatio eſt à prægustantibus cibum aliquem vel potum. Cicero in Oratore: Quæ iſti Rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent. Plautu, in Trinummo: Atque etiam modò verſabatur mihi in labris primorib'. Idem in Bacchidibus: Si hoc tu digitulis duobus ſumebas primoribus.

PRO SE QVISQVE, VTERQVE.

COnſiderandus & hic perelegans dicendi modus, Pro ſe quiſque, dum quandoque pluribus, quandoque ſingulis attribuitur: vt, Pro ſe quiſque diligenter curant, & pro ſe quiſque diligenter curat, hoc eſt, quiſque pro virili curam gerit. idem fit de vterque. Titus Liuius ab vrbe condita: Vterque transfixus, duabus hærentes haſtis moribundi ex equis lapſi ſunt. Horatius. Miſſi magnis de rebus vterque. Cicero in Verrem: Tum pro ſe quiſque, quã tum dicendo aſſequi poterat, docere me cœpit. Titus Liuius ab vrbe condita: Pro ſe quiſq; ſcelus regum ac vim queruntur. ibid Pro ſe quiſque minaciter fremunt. ibidem. Pro ſe quiſque in vrbem ex agris demigrãs. ibidem Suas quiſque abirent domos. ibid. Ad ſe quiſque omnia trahant. ibid. in ſuas quiſque proficiſcuntur prouincias. ibidem: Ex grauitate loci in ſuas quiſque propinquas vrbes dilapſi ſunt. ibidem: Pro ſe quiſque nomina dabant. ibid. Pro ſe quiſque iam nec conſilium ſibi ſuppetere diceret idem de bello Macedonico: Pro ſe quiſque armis abiectis diffugiunt.

PEDIBVS IRE, PEDIBVS CONSE-
qui, ad pedes deſilire.

PEdibus ire, pedibus conſequi, Primo modo ſignificatur id, quod incruditi pedeſter dicunt: ſecundus facilitatem agendi quandam demonſtrat, cùm vel pedibus rem tranſigere quis oſtenditur. Ad pedes deſilire hoc eſt, quod de equo deſcendere: modus dicendi ferè vulgari

tium.Idem:Alieni appetens,ſui profuſus. Idem in Iugurthino:Manu promptus,appetens gloriæ.Ibid.quòd loco rum ſcientes erant.Ibid.Et ob ea ſcientes belli.Idē in Catilinario:Laboris ac belli patiens.

Peiùs odiſſe.peiùs timere.

Peiùs odiſſe,peiùs timere,& ſimilia,modi loquendi illius temporis elegantiſſimi Plautus in Milite:Neq; quenquam peiùs odiſſe, quàm iſtum militem. Cic.C.Mario: Oderam multò peiùs hunc,quàm illum ipſum Clodium. Idem in Antonium:Cùm hoc veteranus Capho, quo neminem veterani peiùs oderunt.Brutus Ciceroni: Neque vnquam exul eſſe poſſunt,dum ſeruire, & pati contumelias peiùs odero malis omnibus alijs.

Horatius in Epiſtolis.

Cane peiùs & angue vitabit chlamydem.
Peiusque læto flagitium timet:

Idem.

Plautus in Moſtellaria:Pulchrum ornatum turpes mores peiùs cœno collinunt. Ouidius de arte.
Limina Gorgoneo ſæuiùs angue micant.

PAGANVS, MILES.

PAganus ille erat,qui militiæ cupiens erat, & illi cingi, ſeu adſcribi volebat.Eo enim interuallo, quo id quærebat, & ad militiam adſpirare tentabat, Paganus : mox militiam adeptus,Miles dicebatur. Vnde Perſius volens oſtendere ſe nondum Poëtam eſſe,dixit.Nec fonte labra prolui Caballino,Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſo memini, repentè vt ſic poëta prodirem Sed arrogantiam vitans, ſubdit per translationem : Ipſe ſemipaganus: Ad ſacra vatum carmē adfero noſtrum.Sed autoritates, quod diximus,meliùs oſtendent.Marcellus de Pœnis, l.Quædam delicta pagano,aut nullam,aut leuiorem pœnam irrogant:militi verò grauiorem vel leuiorem. Triphonius de peculio Caſtrenſi,l.Hęreditate:Filiusfamiliâs paganus de Caſtren.peculio fecit teſtamentum.Martianus de Militari teſtamēto,l.Tractabant an tale aliquid & in pagano rum teſtamentis indulgendū eſſet?& placet nō ſine diſtinctione id fieri. Vlpianus de Militari teſtamento.l.idemque.Vt eſt reſcriptum à diuo Pio,in eo qui cùm eſſet Paganus , fecit teſtamentum , mox militare cœpit. Paulus delibe

de liberis & poſthumis,l.Filiusfamiliâs:Miles ſimiliter vt paganus nominatim à patre,aut hæres ſcribi, aut exhæredari debet.Scæuola ad legem Falcidiam,l.Miles ſi dum paganus erat,fecit teſtamentum militiæ tempore codicillos,lex Falcidia in codicillis locum non habet,in teſtamento locum habebit.

Punctum,momentum.

Punctum temporis,punctum horæ, Momentum horæ, momentum temporis,& ſimpliciter momentum pro exiguo ſpacio ponitur.Dicendi ij modi à ſitu reuocãdi ſunt. Varro de lingua Latina:Quòd animus ita eſt, vt puncto temporis peruolet quò vult.Cicero de Natura deorum: Vel innumerabiles potiùs in omni puncto temporis alios naſci,alios interire.Ibidem : Cõſules ſummum imperium ſtatim deponere,quàm id tenere pũctum temporis. Idem in Verrem : Cùm iſte punctum temporis nullum vacuum peccato prætcrire paſſus ſit.Idem pro domo ſua:Habitare latè & magnificè voluit,duasq́ue magnas ac nobiles domos coniungere eodem puncto temporis. Idem in Philippica ſecunda:Hunc vnum inquam hodiernum diem, hoc punctum temporis quo loquor,defende ſi potes Idem in Vatinium teſtem:Excluſus miſer,puncto temporis.Idem pro Cluentio:Neque poſtea Latini punctum eſt temporis commemoratus.Idem in Tuſculanis:Totumq́ue leue eſt,quodcunque eſt,fit enim ad punctum temporis. Idem de Legibus:Quæ vno verſiculo Senatus puncto temporis ſublatæ ſunt.Idem in Catilinam : Puncto temporis frui vita,& communi ſpiritu non putãt oportere.Cęſar in cõmentarijs:Ita multorum menſium labor hoſtiũ perfidia, & vi tempeſtatis puncto temporis interit.

Horat. Tanquam.

Sit proprium quidquam puncto quód mobilis horæ,
Nunc prece,nunc precio,nunc vi,nunc morte ſuprema
Permutet dominos,& cedat in altera iura. Idem:
Quid enim concurritur horæ momento?

Hircius in Commentar.Ita puncto temporis omnibus Legionarijs ab hoſtium equitatu circunuentis. Ibidem:Atque vno puncto temporis hoſtibus nullo negocio campo pulſis.Titus Liuius ab vrbe condita:Puncto ſæpè temporis maximarum rerum momenta verti.Ibidem:Momento fuſi. Ibidem:Vt ſignum momento temporis acciperent.

Ibi

Ibidem: Momento arx occupata eſt. Ibidem: Momento horæ arſura omnia. Ibidem: Illo momento horæ. Ibidem: Momento temporis. Ibidem: Horæ momento. Ibidē: Momento vnius horæ. Idem de bello Macedonico: Verſa momento temporis fortuna pugnæ eſt. Ibidem: Momento enim ad inanem locum peruenerunt.

Sed videre licet momentum in alio ſignificato, iuxta modum, quo multi dicunt, res parui momenti, magni momenti. Titus Liuius ab vrbe condita: Rege ſuperato, nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copijs fore.

PRIMAE, PRIMAS FERRE, DEferre, tenere.

PRimas ferre, primas deferre, primas tenere, veteres dicebant: ſubintelliguntur tamen partes. Sed is loquendi modus erat, qui poſteà non ſolùm omiſſus, verū etiam vnà cùm alijs bonis propè ignoratus eſt. Cicero in Bruto: Cotta & Sulpitius cum veſtro iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt. Idem in Oratore: Cui primæ ſine controuerſia deferebantur. Idem Attico: Amoris verò erga me cùm à fraterno amore, domeſticoque diſceſsi, tibi primas defero: idem de natura Deorum: Ad quem tum Epicure primas ex veſtris hominibus deferebant. idem in Bruto: Et ſi vtrique primas, priores tamen deferunt Lœlio. idem in Oratore: Nam quis vnquam dubitauit, quin in Republica noſtra primas eloquentia tenuerit ſemper, vrbanis pacatisque rebus ſecundas iuris ſcientia?

Sed hoc quoque obſeruandum eſt, vt cùm primas deferre dicebant, ſignificabant, primas partes alicui concedere: cùm verò ferre primas ponebant, id ſignificabatur, quod illum primas ſecum portare. Horatius eodem modo loquendi, eodemque ſignificato quo ad verbum Fero dixit:

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

PROFITERI.

PRofiteri, occultiore dicendi modo apud antiquos id ſignificat, quod vulgò dicunt, adſignare quantum numerum vini olei, frumenti, iugerum, pecunię, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cicero pro lege Agraria: In poſterum verò lex hæc Imperatoribus noſtris conſtituatur, vt quicūque de prouincia diſceſſerit, apud eoſdem Decemuiros quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij,

narij.profiteatur.Idem in Verrem: Edixerat in aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur.Ibidem:Non quò iugerûm numerum verè profiteri eſſet difficile, aut ampliùs etiam profiteri,ſed quòd ex edicto profeſſus non eſſet.ibidem:Fecit vt Decumanus Nymphonem vocaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem, niſi ad huiuſmodi quæſtus pertinebat, numerum iugerûm profeſſione.idem, Tironi: Tu verò confice profeſſionem, ſi potes: & ſi hæc pecunia, ex eo genere eſt, vt profeſſione non egeat. Idem in Verrem: Si pateret iugera eiuſmodi fundi eſſe plura,quàm colonus eſſet profeſſus. Saluſtius in Catilinam.Poſt paulò Catilina pecuniarum repetundarum reus,prohibitus erat Conſulatum petere, quia intra legitimos dies profiteri nequiuerat.Vlpianus de Cenſibus, lege,Forma:Si verò quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet,in qua ager eſt. idem, Vbi pupillus:lege,Ius alimentorum:Priùs tamen exigere debet, vt profiteatur autor,quæ ſit penes ſe ſumma,& comminari grauiores ſe ei vſuras infligi eius, quod ſupra profeſſionem apud eum fuerit comprehenſum. Titus Liuius ab vrbe condita Profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vſu menſtruo ſupereſſet.Ibidem:Primò expectauerant,vt qui ſe dignos tanto imperio crederent, nomina profiterentur. Idem de bello Macedonico: Vt qui ſocij ciuibus Romanis credidiſſent, pecunias profiterentur. Ibidem.Poſtquam profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni.

PERSCRIBERE, PERSCRIPTIOnes,perſcriptor.

PErſcribere,reconditum habet ſenſum certo modo loquendi,qui à paucis obſeruatus eſt,in bonis authoribus elegãtiſſimè poſitus,id ſignificat,quod in rationibus, aut in tabulis accepti & expenſi ſcripto aliquid notare, vnde quæ ita notabantur,perſcriptiones dictæ ſunt: qui verò ea notabat,Perſcriptor.Cicero pro Roſcio Comœdo:Egóne hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui,vt falſum perſcriberem nomẽ? ibidem:Atque enim tabulæ condemnantur eius, qui verum non retulit,& eius qui falſum perſcripſit. ibidem: Suum codi

codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt: ſuarum perſcriptionum & literarum aduerſaria proferre nun amentiæ eſt? Idem in Philipp. quinta: illa verò diſsipatio pecuniæ publicæ ferẽda nullo modo eſt, per quam ſepties millies falſis perſcriptionibus, donationibuſque vertit. Idem in Verrem: Scribam tuum dicit Verres huius perſcriptorem fœnerationis fuiſſe.

QVID ILLI FIET, &c.

Qvid illi fiet? quid illi faciam? quid illi factum eſt? Modi ſunt loquendi elegantiſſimi, & à paucis obſeruati. Id enim ſignificant quod nonnulli aliquid admirãtes vel accepta aliqua calamitate, aut iactura, ineptè dicũt? Quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum eſt? Plautus in Mercatore: Sed quid nunc illi fiet? Idem in Moſtellaria: Quid mihi fiet tertiò, qui ſolus facio facinora immortalia? Idem in Bacchidibus: Quid mihi fiet poſtea? Cicero Trebatio: Quid porro fiet populo Vlubrano? Idem Terentiæ: Et ſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? Idem Attico: Sed quid iis fiet, ſi huc Paulus venerit? Eidem: Quid illi fiet quem reliquero? Idem in Rullum: Quæro ſi qui volunt vendere, non fuerint, quid pecuniæ fiet? Idem in Verrem: Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? Idem in Academicis quęſtionibus ſi comprehenſio præceptioque nulla ſit, quid fiet artibus?

Tibullus:

Caſtra Macer ſequitur, tenero quid fiet amori?

Ouidius de arte Amandi:

Perfidus ille abſens, quid mihi fiet ait.
Quid mihi fiet ait, ſonuerunt cymbala toto
Littore.

Plautus in Mercatore: Neſcit quid faciat auro? Terentius in Hecyra: Sed quid faciemus puero? Cicero in Academicis quæſtionibus. Quid enim faceret huic concluſioni? Si lucet, lucet igitur, lucet autem. Ibidẽ: Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui? Idem de natura Deorum: Quid Ioui facies? quid Vulcano? ibidem: Species arcus Taumante dicitur nata, cuius ſi diuina natura eſt, quid facies nubibus? Cato de re ruſtica ſine interrogatione poſuit, ſed ferè idem eſt modus loquẽdi Si antè, inquit, non deportauerit dominus, vino quod volet faciet. Plautus in Caſina. Tuo quid factum ſit pallio?

Quid

Quid faceret aliud?

Quid faceret aliud? Modus eſt dicendi quo ineptè dicunt, quid poterat aliud facere? Cicero de Oratore: Valerius quotidie cantabat, erat enim Scenicus, quid faceret aliud?

QVOTVS.

Licet ſuper relatiuo Quotus, multi varia ſenſerint: quò tamen apertius vis verbi intelligatur, volui pro more quàm plurimas autoritates congerere. Videtur enim mihi Quotus quandoque ſimpliciter interrogare, & numerum petere: vt, quota hora eſt? Dic quotus eſſe velis? Quotus erit iſte denarius? Et quandoque ſine interrogatione: vt, quota pars ex eo deducetur, ea pars tibi ſit profutura. Quandoque quota pars ſignificat minimam partem: vt, Pars quota laudis erat, quota portio fecis Achiuæ. Quãdoque Quotus iungitur cum quiſque, & tum etiam interrogat: vt, Quotuſquiſque bonus eſt? Quotuſquiſque eſt qui teneat artem numerorum? quaſi dicat, nullus aut rarus. Infrà ſcriptæ autoritates planè omnia demonſtrabũt. Cicerò in Verrem: Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? Horatius: Hora quota eſt? Idem: Tu quotus eſſe velis, reſcribe. Idem: Scire velim Cartis precium quotus arroget annus. Caius de interrogatorijs actionibus, l. Qui interrogatur an hæres ſit? vel quota ex parte ſit? Idẽ de eodem titulo, l. Si defenſor in iudicio interrogatus, an is quem defendit hæres vel quota ex parte ſit? Paulus ad legẽ Falcidiam, l. Plautius: Rationem legis Falcidiæ habendam, & quota pars ex eo decideret, eam partem in fundo legato inutilem futuram. Ouidius de Ponto:

Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei.

Idem ad Corinnam:

Et tot in Atridis pars quota laudis erat.

Quotuſquiſque

Varro de lingua Latina: Quotuſquiſque iam ſeruus habet priſcis nominibus, quæ mulier ſuum inſtrumẽtum veſtis atque auri veteribus vocabulis non inductis? Cicero de Finibus: Quis eſt enim, aut quotuſquiſque, cui mors cùm appropinquet, non refugiat timido ſanguis, atque exalbeſcat metu? Idẽ in Tuſculanis: Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus? Idem de Diuinat. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab

ab iſtis? idem de Oratore: Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum atque modorum? Idem pro L. Flacco: Quotus enim quiſque eſt, qui hanc inRempnblica ſectam ſequatur? Idem pro M. Cælio: Quotuſquiſque iſtā effugere poteſt? Idem pro P. Sextio: Quotuſquiſque inuenietur tanta virtute vir.

QVATENVS, HACTENVS Eatenus.

QVatenus, particula, licet nonnulli diſcrimen faciant cùm per e, & cùm per i, ſcribitur, ita tamen ſcriptione confuſa eſt, vt internoſci non facilè ſit. Eius tamen ſignificatum, & dicendi modum, quo celebrata reperitur, ſubdere non omittam. Eſt enim meo indicio, quod vſque ad finem, vel terminum. Interdum ſignificat quantùm. Cicero in Oratore: Itaque ſoli ij, qui ſciūnt quid, & quatenus, & quomodo dicturi ſunt. Ibidem. Sed quęrimus idem quod in cæteris rebus maximè quærendum eſt, quatenus. Ibidem: In omnibus rebus videndum eſt quatenus. Et ſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimiū, quàm parum. Idem in Oratore libro ſecundo: Quatenus hæc ſunt ridicula tractanda Oratori, perquàm diligenter videndum eſt. Idem in Tuſculanis: Magna culpa Pelopis, qui non erudierit, quatenus eſſet, quodq́ue curandum. Idem in Antonium: Quibus auſpicijs iſtos faſces augur acciperē? quatenus haberem? cui traderem? Idem in Academic. Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, vt vlla in re ſtatuere poſſimus, quatenus. Idem de Officijs: Animaduertendum eſt etiam, quatenus ſermo delectationem habeat, & vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. Ibidem. Vulgus quid ſit à perfecto, ferè non ex toto intelligit, quatenus autem intelligit nihil putat prætermiſſum. Ibidem: Sed aliter Philoſophi tollunt aſtutias: leges quatenus manu teneri res poſſint: Philoſophi quatenus ratione & intelligentia. Idem de Amicitia: Quamobrem id primùm videamus ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debebat. Ibidem: Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſſit. Idem pro P. Lentulo: Poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur quatenus de religione dicebat. Horatius. Iubeas miſerum eſſe libenter, quatenus id facit. Vlpianus de Magiſtratibus, l. in ordinem: Videamus an & quatenus teneatur, & ſubdit: An &

quatenus in patrem eius actio danda ſit quęritur. Vitruuius: in nauibus remi cum ſint in aqua directi, tamen oculis infracti videntur, & quatenus eorum partes tangunt ſummam planiciē liquoris, apparent vti ſunt, directi. Titus Liuius ab vrbe condita: Italiæ niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno. ibid. Vt quatenus tutò poſſent, Italiam ſpectatum irent.

Hactenus particula poſt ſe, vt, plerunque apud bonos autores trahit. Idem de Diuinatione: Et ſi video eò tum Scoicum eſſe cognatum, qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret, quæ mari, cœlóue fierent. Illa verò cur euenerint, quis probabiliter dixerit? Celſus de Vſufructu. l. Hactenus tamen vt ſarta tecta habeat, ſi qua tamen vetuſtate corruerint, neutrum cogi reficere.

Eatenus quandoque poſt ſe: vt quandoque quo ad, quandoque hactenus trahit: ſignificat enim quamdiu, vel vſque ad id. Cicero de optimo genere Oratorum: Verba proſequens eatenus. vt non abhorreant amore noſtro. Idē ad quintum fratrem: Quorum ſi quis fortè eſſet ſordidior, ferres eatenus, quò ad per ſe negligeret eas leges quibus eſt adſtrictus, non vt ea poteſtate, quam tu ad dignitatem permiſiſſes, ad quæſtum vterentur. Idem in Academicis: Sed hoc ciuile quod vocant, eatenus quoad populo præſtare voluerunt.

Quandoque eatenus, quatenus, & hactenus quatenus dicitur. Caius de inſtitutoria actione: Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt. Vlpianus de in rem verſo, l. Si pro patre: Si domini debitor ſi ſeruus: & ab alio mutuatus ei ſoluerit, hactenus nō vertit, domino debet.

QVOD SINE MOLESTIA TVA fiat, Quod ſine incommodo tuo fiat, Quod ſciam, Quod pace tua fiat, Quod inter nos liceat dicere.

QVod ſine moleſtia tua fiat, quod ſine incommodo tuo fiat, quod ſciam, quod pace tua fiat, quod inter nos liceat dicere, & huiuſmodi loquendi modi orationem eſſe Latinam, candidam, & luculentam efficiunt: quos mo-

dos qui obſeruare,& inſcriptis vſurpare neglexerunt, nō iniuria illiterati ac propè infantes iudicantur. Plautus in Menechmis: Non ædepol ego te (quod ſciam) vnquā ante hunc diem vidi. Ibidem: Dic mihi tu, vnquam inteſtina tibi crepant, quod ſentias? Terentius in Eunucho: Pace quod fiat tua. Idem in Adelphis: Non equidē inſtas quod ſciā. Cicero Seruio Sulpitio: Quare pergratum mihi feceris, ſi eum in amicitiā tuam receperis, atq; eū (quod abſq; moleſtia fiat) ſi qua in re opus ei fuerit, iuueris. Eidē: Quare velim, quidquid habent negocij, des operā (quod commodo tuo fiat) vt te obtinent Achaiam, conficiāt. Idem Terentiæ: Tu velim (quod cum commodo valetudinis tuæ fiat) quàm longiſſimè poteris, obuiam nobis properes. idē Attico: Et velim cures epiſtolam: quam ad eum miſi, reddendam, & ipſe (quod commodo tuo fiat) colloquere. Eidem: Serapionis librum ad me miſiſti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimā partem vix intelligo. Idem Lentulo: Cecernit vt regem deducas, quod commodè facere poſſis. Varro de re Ruſtica: Neque explicat tota ſeparatim (quod ſciam) ab vllo.

QVAMPRIDEM QVAMdudum.

NEmo (niſi fallor) nemo inquam, modum eum plenè, aut rectè, obſeruat, quod admirandi illi veteres vtebātur, rogandi ſcilicet. Quampridem, quàm dudum venit ille? Quem loquendi modum latiniſſimū pleriq; ignorantes, Quàm diu eſt quod venit, aut Quàm diu eſt ex quo venit. vel Quantū tempus eſt, ineptiſſimè dicunt. Plautus in Sticho: Quàm pridē non ediſti? Terētius in Eunucho: Quęrit quàm pridē pater mihi & mater mortui eſſent: dico iam diu. Cicero pro Rabirio perduellione: Quæro quàm pridē hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti?

Quàm dudum.

Plautus in Sticho: Quàm dudum in portū huc venit? Reſpondetur longiſſimè. idem in Trinummo: Quàm dudū iſtuc, aut vbi actum eſt? Idem in Aſinaria: Quàm dudū tu aduenisti? Idem in Mercatore: Quàm dudū dixeras te odiſſe æquè atque angues. Terētius in Eunucho: Venit quàm dudum: Reſpondetur modò.

Quam mox.

Plautus in Sticho: Quàm mox coćta eſt cœna? impranſus ego ſum. Idē in Moſtellaria: Quid nunc? quàm mox? & hic interrogantis. Idem in Aſinaria: Quàm mox mihi operam das?

Quandoque cùm non interrogat, ſignificat id quod quàm citò aut ſtatim: vt, Quàm mox erit coćta cœna, id eſt citò, vel ſtatim erit coćta cœna. Idē in Bacchidibus: Quàm mox nauigo in Epheſum, vt aurum repetam à Theotimo domum, taces? Ibidem. Quàm mox dico, dabo Terentius in Adelphis; Hera ego hinc ad hos prouiſam quàm mox virginem acceſſant. Cicero pro Roſcio Comœdo. Expećto quàm mox, Cherea hac oratione vtatur. Hoc loco multi ineptè dicunt: expećto quanto tempore, vel quàm diu hac oratione vtatur. Titus Liuius ab vrbe condita. Intenti quàm mox ſignum daretur.

QVID QVOD.

QVid quod, cùm ſimul iunguntur, mirificam Litinitati venuſtatem pariunt: Modus enim eſt dicendi, cùm quis interrogatur, verbi gratia: Quid quod me etiam occidere vult? Multi ineptè dicūt, quid tibi videtur? vel quid dicis, etiam me occidere vult? Sed ſubiećtæ autoritates id melius oſtendent. Cicero in Academicis quæſtionibus. Quid quod eadem illa ars quaſi Penelopes telā texens, tollit ad extremū ſuperiora. Idem de Officijs. Quid quod Theſeus exegit promiſſum à Neptuno; Idem de Senećtute: Quid quod ſapientiſſimus quiſque animo æquiſſimo moritur? Idem pro lege Manilia: Quid quod ſolus ſociorum ſummum in periculum, ac diſcrimen vocatur? Idem ad Pontifices: Quid quod in meo reditu ſpes ocij & concordiæ ſita videbatur? Idem de Natura deorum. Quid quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt neque eſſe potuerunt, vt Scyllæ, vt Chimeræ. Quid quod hominum, locorum, vrbium earum quas nunquam vidimus? Quid quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago? Quid quod etiā ad dormientem veniūt inuocatæ? idē Attic. Quid quod Senatus eos voluit præeſſe prouincijs? Ibid. Quid quod tecum nunquā eſſem ſine cura? Idem pro lege Manilia: Quid quod ſalus ſociorū ſummū in periculū

ac diſcrimen vocatur? idem pro Cluẽtio. Quid quod Stalenus eſt cõdemnatus? idem de Diuinat. Quid quæ à Phyſicis & Dialecticis tractantur? idẽ in Catilinã Quid quod ab aduentu ſuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? idem in Antonium: Quid quod cum collega tulit, quem ipſe fecit ſua nunciatione vicioſum? idẽ Q. Ciceroni fratri: Quid quod eodẽ tempore deſiderio filiã? idem de Oratore: Quid quod dixiſti, inquit, Craſſe, ſi hîc hodie apud te maneremus, te morem nobis eſſe geſturum? Horatius:

Quid quòd libelli Stoici inter ſericos iacere puluillos
Amant? Ouidius de Ponto:
Quid quòd vt emeritis referenda eſt gratia ſemper?
Idem in Epiſtolis.
Quid quod auus nobis idem Pelopeius Atreus?

QVAE MALVM.

SEd quis ſine piaculo prætereat enatum hunc quoque in ipſa vrbe Latinitatis parente & altrice, tam bellum dicendi modum? Cùm enim quem arguere aut caſtigare volebant, ſic ponebant: Quæ malùm iſta tua dicacitas eſt? Qui malum iſti Athenienſes? Sed clariùs infrà, & propriè magis videbitur. Plautus in Menechmis: Quæ malùm hęc impudentia eſt? Ibid. Egóne te iuſſi coquere? Reſpondetur: certò tibi paraſito tuo: Reſpondetur: Cui malùm paraſito? Idem in Aulularia: Quid tu hic, malum curas, vtrũ crudum, an ego coctum edam? Idem in Mercatore: Qui malum ego nugor, ſi tibi, quod me rogas, reſpõdeo: idem in Bacchidib. Qui malùm facilè? Terent. in Eunucho: Qui malum alij? Cicero in Verr. Quæ malùm eſt iſta tua audacia atque amentia? Ibidem: Quæ malùm iſta fuit amentia: idem Attic. Qui malum iſti Pedentiſſe? Idem in Philippicis Quæ malum iſta voluntaria ſeruitus eſt? Ibidem. Quę malum eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis veteranorum nomen opponere? Titus Liuius ab vrbe condita: Quæ malùm, ratio expertis alia experiri?

QVAMOBREM, CVR, QVApropter, Quare.

QVamobrem, cur, quapropter, quare ijs aduerbijs quanta ineſt dicendi gratia? quanta venuſtas? eo modo loquendi, quo perfecti illi veteres vſi ſunt, poſt quos

nemo ferè elegantiam illam & purum dicendi modum ſeruauit. Nam quis eſt, qui non ita poſt illos loquatur? Aliquam cauſam quæris, propter quam, aut ob quam me domo extrudas. Antiqui verò illi: Aliquam cauſam quæris quamobrem me domo extrudas? aut cur me domo extrudas? dicebant. Et vbi dicitur à pleriſque ineptiſſimè. Quid eſt quod me videre non potes? antiqui dicebāt: Quid eſt quamobrem me videre non potes? aut quid eſt cur me videre non potes? vel, quid eſt quare me videre non potes? Quod obſeruandum maximè cenſeo. Quare pro more exempla aliqua ſubiecimus. Terentius in Eunucho: Aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem inſigne aliquid facere. idem in eodem: Multæ ſunt cauſæ quamobrem cupio. idem in Adelphis: Nil reperio quamobrem laudet tantopere Hegio meum officium. Cicero, Appio Pulchro: Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. idem pro Aulo Cecinna: Deinde nihil rationis adfers, quamobrem ſi libertas adimi nullo modo poſſit, ciuitas poſſit. idem pro M. Cælio: Quæ fuit enim cauſa, quamobrem venenum iſti mulieri vellet dare Cælius. idem pro Sexto Roſcio Amerino: Si vel minima pars reperietur, quamobrem videantur illi nonnihil tamen in differendo nomine ſecuti. Idem pro Sylla: Quid enim eſt, quamobrem abs te Quinte Hortenſi factum clariſſimi, atque ornatiſſimi viri non reprehendatur, reprehendatur meum? idem pro Cornelio Balbo: Quid eſt quamobrem ciui Gaditano in hāc ciuitatem venire non liceat? idem pro Cluentio: Nihil excogitem quamobrem Oppianico damnari neceſſe ſit? ibidem: Quid eſt quamobrem quiſque noſtrûm cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? idem in Verrē: Quę mulier digna quamobrem iſte diutius Lampſaci cōmoraretur? ibidem. Nulla res eſt, quamobrem ego iſtum nolim ex paternis probris, ac vitijs emergere. ibidem: Neque adhuc cauſam illam excogitare potui, quamobrē commiſerit. Ibidem: Quid eſt, quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe? ibid. Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stenianum præmium poneretur. ibidem: Multa ſigna dederat: quamo

quamobrem quibus reſponſurus non videtur, mentio de lege nulla fiebat. ibid. Quod ſi ab Apollonio aliquid cōmiſſum eſſet, quamobrem iure in eum animaduerteretur. idem de finibus bonorum & malorum: Satis argumenti eſſe videtur, quamobrem illa quæ natura prima ſunt adſcita natura prima diligamus. Alphænus, Locati & conducti, l. Habitatores. Ea conditione habitatorem eſſe, vt ſi quid aduerſarium incidiſſet, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret.

Cur.

Cicero pro M Cælio: An vobis aliam cauſam eſſe vllam putatis, cur in tantis præmijs eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore, tam ſint pauci, ſemperque fuerint, qui in hoc labore verſentur? idem pro Cluentio: Quid eſt Q. Naſo, cur tu in hoc loco ſexto ſedeas? ibidem: Quæ cauſa Habito fuerit cur interficere Oppianicum vellet? idem pro Sexto Roſcio Amerino: Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis? idem, Attico: Sed erant cauſæ, cur hoc tempore iſthic eſſe nollem. idem pro Roſcio Comœdo: Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires. Alphænus, Locati & conducti, l. Habitatores: Si iuſta cauſa fuiſſet, cur periculum timeret?

Catullus:

Nam quid feci ego, quid vt ſum locutus,
Cur me tot malè proderes poëtis?

Quapropter.

Plautus in Bachidib. Sed quid eſt quapropter nobis malum imitemini?

Qua cauſa.

Plautus in Menechmis: Quid de te merui, qua me cauſa perderes? Cicero pro lege Manilia: Satis mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium. Pædianus, qui tamet ſi ſub Auguſto Cæſare floruit bonaque multa, atque elegantia ſcripſit, ſicuti libello, ſiue potius fragmento, quod ante hos annos repertum eſt, colligi poteſt, multa floruit ac ſcatet barbarie. Quam tamen barbariem, non ab illo certè, qui bono etiā tunc tempore eruditus eſt, prouenire puto: ſed potiùs ab aliquo inſulſo, atque ineleganti Grammatico, qui inter-

pretis vice functus, inepta multa conſeruit, quæ poſteà vuà cum bonis autoris verbis deſcripta ſunt. Is inquam Aſconius: Magnoperè, inquit, me hæſitare confiteor, quid ſit quare Cicero, Placentiam municipium eſſe dicat. Quid ſit quare, dixit, quod eleganter poſuit, & modo iſtorum veterũ vſus eſt. Gn. Pompeius L. Domitio: Miror quid cauſæ fuerit, quare conſilium mutaris.

RESIDERE, SVBSIDERE, *Deſidere.*

MAximè abſtruſum hactenus (vt arbitror) quid ſignificet reſidere, ſubſidere, deſidere. Quod cum ex multa variaque lectione deprehendiſſem, nihil aliud eſſe terrã deſidere, niſi cum terra magnis imbribus, vel ignota alia cauſa hiatum faceret: ita vt terra deorſum deſcenderet, vel ſubtraheretur. Quæ res melius ex ſubiectis autoritatibus colligetur. Cicero de Officijs: Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cùm terra deſediſſet, magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit. Idem de Diuinatione: Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, cùm ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Ibid. Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq; deſederint. Titus verò Liuius idem dixit de bello Macedonico: Terra (inquit) Velitris triumiugerûm ſpacio cauerna ingenti deſederat. Non tamen dicendi modũ ſeruauit, mutato ferè & obſoleſcente iam bono dicendi modo: cùm dixit ab vrbe condita: Arpini terra campeſtri in agro in ingentem ſinum conſedit. Ipidem: In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit, arboreſque in profundum hauſtæ. Conſedit igitur dixit pro deſedit, cùm conſidere ſit ſimul ſedere. Virgilius:

Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba.

Varro de re Ruſt. Quod inane natat, plenum deſidet. Ibidem: Vbi ſtramentum deſedit in aperto loco palam à quo nominata poteſt eſſe palea.

Reſidere: eſt paulatim deorſum inclinare.

Plaut. in Capt. Itaque venter, gutturque reſident.

Horatius:

Noſtriſque ductum ſeditionibus
Bellum reſedit protinus.

Idem: Iam iam reſidunt cruribus aſperæ pelles.

Ex

Ex epiſtola Sabini pro Helena:

Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua:

Subſidere eſt ferè idem quod reſidere: ſed conſiderantibus aliquod diſcrimen omnino occurrit, quod melius videatur, quàm demonſtretur.

Virgilius in quinto Aeneidos?

Subſidunt vadæ, tumidúmque ſub axe tonanti,
Sternitur æquor aquis. Ouidius de Faſtis:
Quod ſimul emerſum eſt, fragor æthera terruit ipſum,
Iactaq́; ſubſedit pondere molis humus. Ibidem:
Iam leuis obliqua ſubſedit Aquarius vrna. Ibidem:
Pondere terra ſuo ſubſedit & æquora traxit.

Idem in Metamorphoſi:

Iuſſit & extendi campos ſubſidere valles. Ibidem:
Flumina ſubdunt, colleſq́; exire videntur. Ibidem:
Paulùm ſubſedit, & infrà. Quàm ſolet eſſe fuit.

Idem in Ibin:

Sic tua ſubſidens deuoret oſſa canis.

Idem ad Corinnam:

At vos quà veniet tumidi ſubſidite montes.

Paulus de damno infecto, l. Athenienſis: Si vitio loci pars aliqua loci ſubſedit. Titus Liuius ab vrbe condita: Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte, inde ad emittenda ipſi cõſurgunt. Hircius in Commentarijs: Aqua quæ paulatim ſpacio temporis liqueſcit ac ſubſidet.

QVISQVAM.

Quiſquam quantum diſtet ab aliquo, à quoquam, à quocunque, à quolibet, à quopiam, exijs quæ infra adduxi, melius cognoſcetur. Interrogat enim ferè ſemper, & cum indignatione requirit. Cicero pro Cluentio: Eſt quiſpiam qui cùm hoc cognouerit, ſuſpicari poſſit Oppianicum iudicio oppreſſum, & circumuentum eſſe innocentem? Idem in Verrem: In eiuſmodi re quiſpiam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam inuitis ijs, quorum negocium eſt, accedere aut adſpirare audeat? Ibidem: Num aut in vilitate nummum arator quiſquam dedit? aut in charitate deęſtimatione frumenti queſtus eſt? Ibidem. Quid enim quiſquam ad meã pecuniam me inuito adſpiret? Idem pro lege Manil. Et quiſquam dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantùm autoritate

profecerit? Ibid. Et quiſquã dubitabit, quin hoc tantum bellum tranſmittendum ſit? Idem pro domo ſua: Hanc deam quiſquam violare audeat? Idem in Philippi. Ab hoc igitur quiſquam bellum timet? Virgilius:

Et quiſquam numen Iunonis adoret?

QVA ITINERIS, QVA DE BRVTO.

QVà itineris, quà de Bruto, modus eſt dicendi, quo ineptè dicunt: Ea parte qua itineris, vel de Bruto mentio fit. Cicero, At ico: At quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congreſſus, ſermoniſque cùm Cæſare. Eid. Cùm video te diſtentiſſimum eſſe, quà de Butrocijs, quà de Bruto.

QVAM PLVRIMVS, PRO *quantò magis, &c.*

EDiſcendus eſt & hic loquendi modus, quo Cato, & alij veteres vſi ſunt. Idem enim de re Ruſtica: Quam plurimam braſſicam ederit, tam citiſſimum ſanus fiet. Illiterati verò hunc quoque dicendi morem non curantes dicunt: Quantò plus, aut quantò magis ederis ex braſſica, tantò citiùs ſanus fies.

QVAM CITISSIME, TAM *maximè.*

ET hic modus alter, non inelegantior ſuperiore, non eſt prætereundus. Idem Cato: Quàm citiſſimè conficies, tam maximè expediet. Ibidem. Quàm acerbiſſima olea erit, tam oleum optimum erit.

QVOD TE ORO.

MOdus eſt etiam Romani candoris plenus in particula Quod. Cùm enim aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret, obſecrabant, Quod te oro dicebant: quod Perinde eſt quaſi, Quare te oro. Terentius in Hecyra: Malè metuò, ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat: quod te Aeſculapi, & te ſalus, ne quid huius ſit oro. Horatius in Epiſtolis:

Pol me miſerum patrone vacares.
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen,
Quod te per genium, dextramq́;, deoſque penates
Obſecro, & obteſtor, vitæ me redde priori.

RENVN

RENVNCIARE.

QVàm diuerſum eſt quod in bonis autoribus legimus in verbo Renuncio, ab eo ſenſu qui paſſim vulgò celebratur? Eſt enim renunciare legationem, idem quod referre quid in legatione geſtum ſit. Cicero in Philippic. Cùm enim legati renunciârint, quod certè renunciabunt, non in veſtra poteſtate, non in Senatus eſſe Antonium. Ibidem: Nec verò dubito, quin ſi ille vir renunciare legationem potuiſſet, & reditus eius vobis gratus fuerit, & Reipublica ſalutaris futurus. Varro de re Ruſtica: Latis tabulis ſortitio fit tribuum, ac cœpti ſunt à præcone renunciari, quem quæque tribus fecerunt Aedilem. Titus Liuius ab vrbe condita: Hæc cùm legatio renunciaretur. Ibidem: Qui iuſſi erant, legationem renunciauerunt.

Renunciatur præterea Conſul, Tribunus, aliúſve Magiſtratus, id eſt, declaratur factus Conſul, Tribunus, &c.

Cicero pro lege Manilia: Nam cùm propter dilationẽ Comitiorum ter prætor primis centurijs cunctis renunciatus ſum. Tit. Liuius ab vrbe condita: Nec me contra Senatuſconſultum Conſulem renunciari patiar. Aſinius Pollio Ciceroni: Comitia biennij biduo habuit, hoc eſt renũciauit, quos ei viſum eſt.

REDIRE IN GRATIAM.

REdire in gratiam, modus eſt dicendi, quo ſignificatur aliquem ex diſcordia reconciliatum, in priſtinam amicitiam redire. Cicero de Senectute: In gratiam iam cũ voluptate redeamus. Idem Quinto Ciceroni: Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam, ſed adhuc nihil profecit. Idem de prouincijs Conſularibus: Iurauitque in concione ſe in gratiam non redijſſe. Ibidem: Abſens mecum ſummo ſuo beneficio redijt in gratiam. Idem ad Atticum: Cum Luccio in gratiam redi.

RESPONDERE AD ROGATVM.

REſpondere ad rogatum, id eſt (quod ſatis per ſe noſcitur) cùm quis rogat, quærit, petítve & alter ad ea quæ rogantur, reſpondet. Quod multi peruerſo dicendi modo, reſpondere ad propoſitum dicunt. Cic. pro L. Flacco: Nunquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus, quàm ad rogatum.

ROG

ROGET QVIS, DICAT QVIS, petat quis,

Roget quis, modus eſt loquendi politus, id eſt, quod multi ineptè dicunt, ſi aliquis me interrogaret, peteret, diceret. Terentius in Eunucho: Roget quis, quid tibi cum illa?

RESPECTVS.

Reſpectus, mutato dicendi genere dici cœptum eſt, hoc modo: Feci amicitiæ reſpectu, Feci reſpectu iuſtitiæ: quo loco Latinius diceretur: Feci amicitiæ cauſa, vel ratione, Feci, ratione iuſtitiæ. Reſpectus autem nomẽ eſt, à Reſpicio veniens, vt Conſpectus à Conſpicio, Perſpectus à Perſpicio, Circumſpectus à Conſpicio, Alio dicẽdi modo à Cicerone eloquentiæ principe vſitato, qui de Diuinatione: Remigem, inquit, quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minùs triginta diebus Græciam ſanguine, rapinas Dirachij, & conſcenſione in naues cum fuga, fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. Idem in Philippica quinta: Itaque cùm reſpectum ad Senatum, & ad bonos nõ haberet, eam ſibi viam ipſe ſibi patefacit ad opes ſuas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet. Reſpectũ dixit non haberet, hoc eſt, non reſpiceret.

RESECARE AD VIVVM.

Reſecare ad viuum, eſt per translationem dictum ab ijs, qui vel vngues vſque ad viuum, vel arbores vſq; ad radices reſecant. Id poſtea dictum & ad eos transfertur, cùm quid nimiùm ad regulam reuocamus. Cicero de amicitia: Neque id ad viuum reſeco, vt ij, qui hoc ſubtilius diſſerunt.

SCRIBERE MEA, TVA, SVA MAnu non propria.

Scribere mea manu, ſua manu, nõ propria manu, quod nuſquam apud bonos autores reperitur. Cicero, Attico: Antequam aliquo loco cõſedero, neque longas à me, neque ſemper mea manu literas expectabis. Eidem: Obſignarâm iam epiſtolam meam, quam puto te modò per legiſſe, ſcriptam mea manu. Eidem. Ipſe in Tuſculano me referre in commentarium mea manu voluit, quod idem in Aſia mihi ſua manu ſcriptum dedit. Eidem. Nunquam antè

antè arbitror te epiſtolam meam legiſſe, niſi mea manu ſcriptam. Eidem: Hæc mea manu. Eidem: Noli putare pigritia facere me quòd non mea manu ſcribam. Eidē: Alteram tibi eodem die epiſtolam dictaui, & pridie dederā mea manu longiorem. ibidem: Accepi aliam alia iucundiorem, quæ quidem erāt tua manu. idem Q. Fratri: Cùm ſcripſiſſem hæc infima, quæ ſunt mea manu ibidem: Hęc inter cœnam dictaui Tyroni, ne mirêre alia manu. idem in Catilinam: Legimus literas & ſcriptum ipſius manu. Idem Appio Pulchro: Ad te ſtatim manu mea ſcriptas literas miſi. Brutus Cice. ſuperioribus literis mea manu ſcripſi Scæuola de Donationibus, l. ad eum. Hac epiſtola mea manu ſcripta notum tibi facio. Idem de legatis, l. Cū quis. Teſtamento facto manu ſua ita cauit. Paulus de Publicanis & vectigalibus, l. ſi publicanus. ſignificentur ipſi libello manu ſua ſubſcripto. Caliſtratus: Ad legem Corneliam, de falſis, l. Diuus Claudius: ſi modo poſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento codicillíſve ſubſcripſerit. Marcellus: ſi quis aliquem teſtari prohibue. l. Diuus Seuerus. ſua manu ſignatos Codicillos valere velit. Papinianus de Teſtamentaria tutela, l. Ex ſententia: Patris voluntas hoc ipſum manu ſua declarantis. Vitruuius: Quod etiam ipſe ſua manu dicitur feciſſe. Titus Liuius de Bello Punico: Fœdera Amilcaris ſcripta manu. Idē de bello Macedonico: Poliſenidas ſua manu ſcripſit. Ibid. Iudicia manu ſua teſtata daret. Ibidem: Auſa dicere ſe omnes manu potiùs interfecturam.

Ouidius in Epiſtola Didonis.

Ipſa ſua Dido concidit vſa manu.

STVDEO ILLAM REM.

STudere illi rei, vulgare eſt: ſtudere autem illam rem, minus obſeruatum, non caret gratia & venuſtate. Plautus in Milite: Magis metuant, minùs has res ſtudeant. Cicero in Antonium: Vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis. Idem de Reditu ſuo: Cùm verò literas ſtudere incipit, & helluo immanus cum Græculis philoſophari, tamen eſt Epicureus. idem de Finibus bonorum & malorum. Vel illud quod ſtudet, facere poſſit ornatiùs. idem in Tuſculanis: Hæc cùm diſputant, hæc ſtudent. Horatius,

Hoc ſtudet vnum.

SVBSCRIBERE.

SVbſcribere cauſæ, & ſubſcribere cauſam, apud bonos illos autores frequenter reperitur. Differentiam autem quæ interſit, pauci(vt arbitror)conſiderauerunt. Ego verò quid de hac re ex multa lectione collegerim, paucis perſtringam. Subſcribere cauſæ certo modo loquendi id erat: cùm nomen alicuius deferebatur, accuſatores apud iudices reorum accuſationibus ſubſcribebant, vt qui ſic ſubſcriberent, ad talionis pœnam tenerentur, ſi iniquè accuſaſſent, & niſi intra ſpacium triginta dierum cauſam proſecuti fuiſſent. Iudices verò ſubſcribebãt cauſam, propter quam rei accuſabantur. Quæ omnia infrà ſcriptæ autoritates apertius demonſtrabunt. Cicero de arte Rhetorica: Cùm venefici cuiuſdam nomen eſſet delatum, & quia parricidij cauſa ſubſcripta eſſet, extra ordinem eſſet acceptum, & infrà: id autem ſi damnaretur, fieri neceſſe eſſet, quoniam & id cauſæ ſubſcriptum, & ea re nomen extra ordinem ſit acceptum.

Ouidius de Triſtibus:

Néve precor magnæ ſubſcribite Cæſaris iræ.

Paulus de accuſationibus, l. Libellorum. item ſubſcribere debet is, qui dat libellum, vel alius pro eo, ſi literas neſciat, & ſubdit: ſed intrà quod tempus videbimus: & vtique X X X dies vtiles obſeruandi ſunt. Vlpianus de accuſationibus & inſcriptionibus: ſi cui crimen obijciatur, præcedere debet in crimen ſubſcriptio, quæ res ad id inuẽta eſt, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem, cum ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram. Aſconius Pædianus: ſubſcripſerunt Triario in Scaurum Quintus Marius L. Filius, & Q. Pacuuij fratres cognomine Claudij, qui inquiſitionem in Sardiniam, itemq́ue in Corſicam inſulas dies tricenos acceperunt. Idem, Deinde poſt paucos dies apud Conſidium Quæſtorem lege Plautia de vi, ſubſcriptione ea quòd loca occupaſſet, & cum telo fuiſſet, nam duces operarum Milonis recuſauerunt, Caius Fidius, Gneus Apponius, Gnei filius. Marcus Seius.

Subſcribere cauſam.

Plautus in Penulo: Cras ſubſcribam homini dicam.

Idem tamen dimiſit præpoſitionem Sub, cum dixit in Aulularia: Ad Prætorem hodie te rapiam, & tibi ſcribam dicam. Cicero pro Cluen. Video igitur iudices animad-

uer

uertiſſe Cenſores in iudices quoſdam illius conſilij Iuniani, cùm iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Idem in Diuinatione in Verr. Cenſor Caium Atheium notauit, quod ementitum auſpicia ſubſcriberet, ergo fuerit hoc cenſoris, ſi iudicabat ementitum. Idem pro Aulo Cluent. Nam hæc quidem, quę de iudicio corrupto ſubſcripſerunt. Ibidem. Leue eſt quod Cenſores de cæteris ſubſcripſerunt. Vlpia. de Priuatis delictis, l. ſi quis. Tunc ſubſcribere eum crimen oportebit. Aſconius Pædian. Hunc Antoniū Gellius & Lentulus Cenſores ſexennio quo hæc dicerentur, Senatu mouerunt, cauſamque ſubſcripſerunt, quòd ſocios diripuerit, quòd iudicium recuſauerit, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipârit, bonaque ſua in poteſtate non haberet.

Subſcriptores.

Cicero in Diuinatione in Verrem: At venit paratus cum ſubſcriptoribus citatis, & diſertis: eſt tamen hoc aliquid, tametſi non eſt ſatis. Omnibus enim rebus is qui princeps eſt, in agendo ornatiſſimus & paratiſſimus eſſe debet. Verumtamen. L. Apuleium eſſe video proximū ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu forenſi, atque exercitatione tyronem. Ibidem: Ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, & ſubdit: Vt mihi non ex ijs, quos mecum adduxerim, ſed de populo ſubſcriptor addatur. Ibidem: Accuſabat M. Aquilium ſubſcriptore C. Rutilio Ruffo. Idem ad Quintum Ciceronem fratrem: Gabinium tres adhuc factiones poſtulant, Lucius Lentulus Flaminis filius, qui iam de maieſtate poſtulauit, Titus Nero cum bonis ſubſcriptoribus, C. Memmius Tribunus plebis Ad eundem: Gabinius abſolutus eſt, omnino nihil accuſatore. Lentulo, ſubſcriptoribusque eius infantius, nihil illo conſilio ſordidius. Idem pro Murena: Succeſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.

Sed quid ſint ſubſcriptores, apertius declarat Aſconius Pædianus: ſubſcriptores, inquit, dicuntur, qui adiuuare accuſatorem cauſidici ſolent, quos oportet ſubmiſſius agere, quàm dicit ille quem ſequuntur.

SICCVS.

Siccus, per translationem non eſt id, quod exhauſtus aut exercitus, vt nonnulli volunt, ſed eſt ieiunus, ſobrius. Plautus in Aſinaria: Ego præter alios meum virum

ſui

ſui rata ſiccum,frugi,continentem.Cicero in Academicis quæſtionibus:Dormientium & vinolentorum,& furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas,quàm vigilantium ſiccorum,ſanorum.Idem pro lege Agraria: Hæc per deos immortales vtrum eſſe voles conſilia ſiccorum,an vinolentorum ſomnia,& vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur? Horatius.

Forum,putealſque Libonis,Mandabo ſiccis. Idem.
Accedes ſiccus ad vnctum. Idem:
Siccis omnia nam dura Deus propoſuit. Idem:
Libertinus erat,qui circum compita ſiccis
Lautis manè ſenex manibus currebat.

STOMACHARI, STOMACHOR omnia.

STomachi,notum verbum,eſt enim indignari, & quaſi ex aliquo facto dictóue offendi, ita vt ſtomacus inde moueatur.Hinc eſt alius ortus dicendi modus, cùm dicitur:Non ſine ſtomacho illum vidi. Sed in verbo Stomachor præcipuè obſeruandum eſt, accuſatiuo id quandoq; iungi,quandoque abſolutè,quandoque cum propoſitione poni.Terentius in Eunucho: Id adueniens mecum ſtomachabar.Cicero,Attico:Stomachor omnia.Eidem:In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet.Eidem.Ille verò.ſed ſtomachari deſinamus.

SEXCENTI.

SExcentis locis,ſexcentos habes tabellarios, & alia huiuſmodi: hoc numero vtebantur literati viri fœlices ſeculi illius, cùm infinitum, aut prægrandem numerum explicare volebant. Plautus in Aulularia: Sexcenta ſunt quæ memorem,ſi ſit ocium.Idem in Bacchidib.Sexcanta tanta reddam,ſi viuam.Idem in Trinummo: Sexcentæ ad eam rem cauſæ poſſunt colligi.Idem in Menechmis:Quin ſuſpirabo pluſquàm ſexcentum dies. Terentius in Phormione:Sexcentas proinde potius ſcribito,iam mihi dicas. Cæſar in Commentarijs: Cùm ſexcentis deuotis. Cicero Attico: Sexcentos habes tabellarios. Eid. Ne Sãpſiceranij noſtri merita in patriam ad annos ſexcentos maiora viderentur, quàm noſtra. Eidem:pòſt à Pompeij procuratoribus ſexcentis premi cœptus eſt.Idem: Multa moleſta, diſceſſus noſter,belli periculum,militum improbitas, ſexcenta præterea.Ibidem: Venio ad epiſtolas tuas, quas ego

ego ſexcenta accepi.Ibid.Sexcenta alia ſceleramoliri.Eidem:Dignus quidem ille omnium regno, ſed per Fuluiā ſexcenta ſimilia.Idē in Verrem:Sexcentos prętereà ciues. Ibid.Poſſum ſexcenta decreta proferre.

Suppetere.

Suppetere, & ſupereſſe vita dicitur,pro quo multi Sufficere vita,& barbaris alijs modis dicunt. Cicero de ſomnio Scipionis: Scribentur fortaſſe plura, ſi vita ſuppetet.

Virgilius:

Primus ego in patriam mecum,modò vita ſuperſit.

Suprà caput.

Suprà caput,modus eſt loquēdi,rem quæ valde vrgêat, & immineat,ſignificans.Cicero Octauio:Ecce ſupra caput homo leuis,ac ſordidus,ſed tamen equeſtri inceſſu Catienus. Saluſt.in Catilina. Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt. Virgilius.

Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber.

Titus Liuius ab vrbe cōdita.Cùm hoſtes ſupra caput ſint. Ibid:Clamor ſupra caput hoſtilis captam vrbem oſtendit.

STARE PER ME.

Stare pre me,per te,per illum,modus eſt loquendi per elegans,& multis in locis apud bonos autores celebratus.Cæſar in Commentarijs: Vbi cognouit per Afranum ſtare,quo minùs prælio dimicaretur.Titus Liuius ab vrbe condita: Per duces,non per milites ſtetiſſe ne vincerent.

Superſedere.

Superſedere,cum ablatiuo iungitur,certo modo dicēdi id ſignificat, quod intermittere. Plautus: Superſede ijs rebus iam.Cicero Seruio Sulpitio: Superſedeas hoc labore itineris. Idem in arte Rhetorica exemplorum multitudine ſuperſedendum eſt. Cato de re Ruſtica: Litibus familiæ ſuperſedeat. Titus Liuius ab vrbe condita: Rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Ibidem: Tributo, ac delectu ſuperſeſſum.

STVLTVS, INSANVS.

Non pauci ſunt, qui in verbo Stultus, ſtulti fiant, non intelligentes,imò omnino confudentes verbi proprietatem. Stultum enim id plerique iam putant quod inſanum,cùm inter vtrunque non leue ſit diſcrimen.Eſt igitur

ſtultus ferè quod imperitus, ingenio hebes, aut tardus, vel conſtans. Inſanus autem qui non ſanæ, ſed alienatæ mentis eſt. Plautus in Perſa. Nimis hodie ſtultus, es pueriliter. Idem in Moſtellaria: Interdum ineptè ſtultus es. Terētius in Eunucho: Dij boni, homo homini quid præſtat. Stulto ſapiens quid intereſt? Ibidem: Hic bono ſtultis in ſanos facit. Idem in Andria: Quādo quidē tam iners, tam nullus conſilij ſum: Seruo ne fortunas meas me cōmiſiſſe futilli? ergo preciū ob ſtultitiā fero. Cicero de oratore. Oratoris peccatum ſi quod eſt animaduerſum, ſtultitiæ peccatum videtur. Stultitia autem excuſationem non habet. ibidem: Quoquidem in genere familiaris noſter M. Bucculeius, homo neque meo iudicio, & ſuo valde ſapiens. Ibidē: Neque vult ita ſapiens inter ſtultos videri. Idem pro T. Annio Milone intueri lucem fas, qui à ſe hominem occiſum fateatur. In qua tandem vrbs hoc homines ſtultiſſimi diſputant? Idem pro Deiotaro Et ab homine minimè ſtulto eſſe cogitatum confingitis? Idem pro Cluent. Minus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit quàm ille qui quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat. Ibidem A deóne erat ſtultus, vt ille quantum ille viuebat, vitam eſſe arbitraretur? Idem pro Aulo Cecin. Tertio vt cum tam ſtulto haberet. Idem definit quid ſit ſtultitia in Tuſculan. Stultitiam enim conſuerunt inconſtantiam, íd eſt, ſanitate vacantem poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ commune cultum atque vſitatum. De quo planè loquitur Ouidius 2 Faſtorum: Lux quoque cur eadē ſtultorum feſta vocetur, Accipe, & ſubdit: Stultaque pars populi, quæ ſit ſua curia neſcit. Feſtus: Quirinalia ſtultorum feriæ dicebantur, quod eo die ſacrificabant ij, qui ſolenni die aut non poterant rem diuinam facere, aut ignorabant Venuleius. Quod vi, aut clàm, l. Seruius: Ne melioris conditionis ſint ſtulti, quàm periti. Horatius in Sermonibus

Stultus & inſanus, quid ſi quis non ſit auarus?
Et paulò pòſt:
Stultum me fateor, liceat concedere veris.
Atque etiam inſanum. Idem:
Quem mala ſtultitia, & quæcunque inſcita veri, Cæcum agit inſanum Chriſippi porticus, & grex
Autumat. Idem:

Vincit

Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Idem: Qua me ſtultitia quoniam non eſt genus vnum, Inſanire putas?

SPERO ET SPEROR, Deſpero & deſperor.

SPero quandoque actiuum ſimplex, & ſic ſuum format paſſiuum: quandoq; neutrũ abſolutum. Plautus in Menechmis: Dij immortales ſpem inſperatã date mihi. idem in Mercatore: Spem ſperatam cùm obtuliſti? Cicero ad Quintũ Fratrem: Siue reſtituimur, ſiue deſperamur. idem Attico: Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit, pacẽ enim deſperaui. Eidem: Si hæc iam noſtra ſalus cum hac lege deſperata erit: Idem in Catilina: Eſſent illi quidẽ deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi. Idẽ de Finibus bonorũ & malorũ Aut omnia ſemper deſperantes. Titus Liuius de bello Macedonico: Hos deſperata ſalus ad rabiẽ magis quàm ad audaciam accedebat.

SECVNDVM.

OMiſſis vulgaribus ſenſibus de Prępoſitione *Secundum* ab alijs ſedulo notatis, id proferamus, quod latuiſſe hactenus videtur. Secundùm abſentẽ, ſecundùm præſentem iudicare: ferre ſententiam ſecundùm teſtamentũ, ſecundùm te ille mihi ita eſt, vt ſit penè par. Hæc notanda mihi viſa ſunt, quę non ab aliqua ratione, ſed ſola dicendi conſuetudine variantur. Iudicare abſentem ſecũdùm pręſentem, id eſt, quod diceremus, iudicauit pro abſente, ac ſi præſens eſſet. Ferre ſententiam ſecundùm teſtamentum, hoc eſt, quod diceremus, pro teſtamento, vel vulgariùs, in fauorem teſtamenti. Secũdùm te ille mihi ita eſt, vt ſit pene par, id eſt ſecũdo loco, aut proximè. Cicero ad Quintũ Fratrem: Ille mihi ſecundùm te, ac liberos noſtros ita eſt, vt ſit penè par. Idem de Officijs. Proximè autem, & ſecundùm deos homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. Idem Attico: Secundùm te nihil eſt mihi amicius ſolitudine: Eidem: Nunciauit iam populo, pontifices ſecundùm ſe decreuiſſe. Idem de Oratore: Quare in hac noſtra actione ſecundùm vocem vultus, valet. Idem in Verrem: Vtatur cõſilio ſuo, nec cogat ante horã decimã de abſente

ſecundùm præſentem iudicare. Varro de re Ruſtica: Inſula Gallinaria, quæ eſt in mari Tuſco ſecũdùm Italiam. Vlpianus de iudicijs, l. Et poſt edictũ ſecundùm præſentem iudicabitur Marcellus de inofficioſo teſtamento: Si pars iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentũ pars ſecundùm id ſentẽtiam dederit. Titus Liuius de bello Punico: Secundùm has preces tuba ſignum dedit proficiſcendi. Ibidem: Nec erat gens alia, cuius ſecundùm Gallicos tumultus arma terribiliora eſſent. idem: Nos autem qui ſecundùm deos violati ſumus. ibidem: Secundùm plebem in litem iudicem dare. ibidem: Prætores Syracuſani Marcello ſecũdùm ſalutem (vt aſſolet) ſcriptũ erat, rectè eum atque ordine feciſſe. Idem de bello Macedonico: Romani qui ſecundùm deos plurimùm poſſunt. ibidem. ſecũdùm orationem prætoris murmur ortũ. ibidem: Secũdùm hæc ſilentiũ fuit. Ibidem: Cùm omne humanũ genus ſecũdùm deos nomen Romanũ veneretur. Varro de re Ruſtic. Caſſius ſecũdùm columbinũ ſtercus ſcribit eſſe hominis. Tertiò caprinũ, & ouinũ & aſininũ. ibidem: Vt in Vmbria, vbi falce ſecundũ terram ſubcidunt ſtramentum. ibidem: Hyeme cùm hybernant ſecundùm mare.

PRAESVMERE.

QVod ineptiſſimè, ac multa cum barbarie dicitur Præſumere, antiqui ſumere, & adſumere, quandoque & arrogare dicebant: Nam præſumere aliud eſt, ſignificat enim antè capere, vt in bonis autoribus.

Virg. Et ſpe præſumite bellum, &
Horat. Tibi quidnam accedit ad iſtam
Quam puer & validus præſumis molliciem?
Sed iam de ſumo, & adſumo aliquid referamus.

Sumo.

Cicero in Catilinam: Quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimiũ mihi ſumam, & non ſim ferẽdus. Idem in Antoniũ: Tantúmue ſibi ſumpſit, quia Mylaſſis Mirmilonem trucẽ iugulauit. Idem Torquato: Sed hoc tamen non ſumo vt te conſoler de communibus miſerijs. Idem pro Cluentio: Vt tantùm mihi ſumã, quantũ ſine huius periculo præterire non poſſum. Idem Aulo Cecinnæ: Non mihi ſumo, vt plus ipſe perſpiciam, quàm te videre, & intelligere mihi perſuaſerim. Idẽ Cæſari: Vide quid mihi ſumpſerim: cœppi velle

ea Trebatiũ expectare à te, quæ expectaſſet à me. Idẽ Ariſto vel Cælio: Sumpſi hoc mihi pro tua in me obſeruãtia, quàm penitùs perſpexi, quamdiu Brunduſij fuimus, vt ad te familiariter, & quaſi pro meo iure ſcriberẽ. Idem pro L. Flacco: Denique etiã ſi qua ſibi alia ſumũt? non repugno. Idem pro Sylla: Quid ergo hoc tibi ſumis? dicet fortaſſe quiſpiam. Idem pro Planco: Quanquam mihi non ſumo tantùm iudices, neque arrogo, vt Gn. Planco ſuis erga me meritis impunitatem conſecuturum putem.

Aſſumo.

Cicero de Offic. Si id mihi aſſumo, videor id meo iure quodammodo vendicare Idem pro Syll. Ego verò iudices nõ modò mihi nihil aſſumo, in quo quiſpiã repugnet, ſed etiam ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto.

SCIENTER.

SCienter Aduerbium à ſcio, non id ſemper ſignificat, quod vulgò ab omnibus putatur, cùm dicunt: Scienter fecit, ſcienter dixit, & addunt etiã aliud inſolens aduerbiũ Appenſatè. Sed id eſt latinè ſcienter, quòd ſcitè deſertè, peritè, à ſcientia ductũ. Cicero in Bruto: Quàm omnino multa de iure ciuili, quæ quidẽ omnia cùm peritè & ſcienter, tam breuiter & expreſſè, & ſatis ornatè, & pereleganter diceret. Ibidem: Vt enim ex neruorum ſono in fidibus quàm ſcienter ij pulſi ſint, intelligi ſolet, ſic ex animorum motu cernitur, quid tractandis ijs perficiat Orator. Hircius in Commentarijs: Scaphis, nauibuſque longis quinq; mobiliter & ſcienter anguſtias loci tuebantur. Titus Liuius ab vrbe condita, inſcienter etiam poſuit, cùm dixit: Tuba inſcienter à Græco inflata.

Scriptura.

Scriptura (vt arbitror) ea erat præter alia ſignificata, quam exercebant, qui agris, paſcuis, aut pecoribus præerant, tam ij, quàm qui portus, aut portoria curabant, vectigalia deſcribentes, aut colligentes, Magiſtri ſcripturæ & portus dicebantur. Plautus in Truculento. Ob meam ſcripturam pecudem accipit. Deinde reſpondet Aſtaphium ancilla: Plerique idem quod tu facis, faciũt, rem male gerentes, vbi nõ eſt ſcriptura vnde dent, incuſant publicanos. Cicero, Attico: Magiſter ſcripturæ, & portus quidã L. Carpinatius. Eidẽ: Terẽtius meus

neceſſarius magnas operas in portu,& ſcripturâ Aſię pro magno dedit. idem pro L. Flacco: Mirandum verò eſt homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati,ſcripturæ decumæ, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi. idem in Verrem: in ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt. ibidem: Portum autem & ſcripturas eadem ſocietas habebat. idem pro lege Manilia: Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſint, & ſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. ita neque exportu,neq; ex decimis,neq; ex ſcriptura vectigal,conſignari poteſt. Aſconius: Mancipes ſunt publicanorum principes Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa decumas redimunt, qui paſtum aut pecora publica portorij aut pecuarij, quorum ratio ſcriptura dicitur. Pro ſcriptura puto ſcriptum accipi à Titio Liuio Patauino, labentè (vt ſæpè dixi) in barbariem eloquentia Romana, dum ab vrbe condita dicit: Neque eius accepi nomen, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum, quem aliquando anteà deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius. *Saluere.*

Hoc quoque notare viſum eſt, quod Cicero Attico ſcripſit: Saluebis,inquit, à me Cicerone.

SPECIES, GENVS.

QVòd Cicero & eius æquales priſcam Latinitatem per minima quæque verba examinarent, polirent ac quaſi deterſa rubigine, ſituque purgarent, vel ex hoc quod de ſpecie ſubieci, facilè cognoſci poteſt. Quod verbum cùm Cicerone eloquentię ac elegantię magiſtro non omninò placeret, tametſi & ipſe eo nomine quandoque vſus eſt, formámque aut partem pro eo introducere mallet. Quæ verba de re, & quoties fecerit infrà poſui. Cicero in Topicis: Species appellant, non peſſimè id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo: Nolim enim (niſi latinè quidem dici poteſt) ſpecierum & ſpeciebus dicere. Et ſepè ijs caſibus vtendum eſt, ac formis & formarum velim. Cùm autem vtroque verbo idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam definiunt hoc modo: Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notio, cuius differētia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt. idem

de

de arte Rhetorica: Genus eſt, quod plures partes amplectitur, vt animal. Pars eſt, quæ ſubeſt generi, vt equus. Sed eadem res ſæpè alij genus, alij pars eſſe poteſt. Nam homo pars animalis eſt, Thebani aut Troiani genus. idem in Topicis: Forma enim à genere, quò ad ſuum nomen retinet, nunquàm ſeiungitur, & ſubdit: A forma generis, quam interdum (quò planius accipiatur) patrem licet nominare. ibidem: Formæ igitur ſunt hæ, in quas genus ſine illius prætermiſſione diuiditur: vt ſi quis ius in legem, morem, æquitatem diuidat. Formas qui putat eſſe quòd partes, confundit artem, & ſimilitudine quadam conturbat, & non ſatis acutè quæ ſunt ſecernenda diſtinguit. idem de arte Rhetorica: Genus eſt, quod partes aliquas amplectitur, vt cupiditas pars eſt, quæ ſubeſt generi, vt amor, auaritia. idem de Oratore: Aut traducta ex parte ad genus notatio: ibidem: Tum (vt ſis) explicato genere cuiuſque rei, videndum eſt, quæ ſint eius generis, ſiue formæ, ſiue partes. idem in Philippica quinta: Num latinè ſit? Num ex iudicum genere & forma? Nũ leges noſtras, moreſúe nouit? Horatius:

Et genus & formam regina pecunia donat.

SECTARI.

SEctari clarè patet quid ſit: Sed ſectari apros vel ſimiã aut alias belluas, recondito (vt arbitror) modo loquendi per tranſlationem, id eſt, quod inueſtigare, perquirere, ſequi. Plautus in Milite: Reſpondit ſe ſectari ſimiam. Terentius in Phormione: Adoleſcentulum ceruam videre, fugere & ſectari canes.

Virgilius in Bucolicis:

Si dum tu ſectaris apros ego retia ſeruo.

Sub

Præpoſitio hæc ſub, elegantia non caret, cùm vulgarem tranſgreſſa modum, in alium tranſit ſenſum. Plautus in Perſa: Sed illa rectè, & ſub manus ſuccedere. Cæſar in Commentarijs: Seb veſperum Cæſar intra hanc foſſam legiones deducit: idem: Tantam noſtri eorum multitudinem interfecerunt, quantum fuit diei ſpacium, ſub occaſumque ſolis deſtiterunt. idem: Sub veſperum Cæſar portas claudi, militeſque ex oppido exire iuſſit. Cicero Planco: Sub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ. idem ad Quintũ fratrem: Menſe Decembri ſub dies feſtos. Idem de Ora-

tore: Eâ quæ ſub oculos ipſa non cadunt. Virgilius:
Et ſub noctem cura recurſat. Horatius:
Dictitet occultam frebrem ſub tempus edendi. Idē:
Fortè ſub hoc tempus caſtellum euertere prętor. Idē:
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat. Idem:
An hic peccat ſub noctem, qui puer vnam
Furtiua mutat ſtrigili?
Hircius in Commentarijs: E proximis caſtellis in frumentarios ſub ipſam lucem impetum fecit.

Notandum etiam eſt, præpoſitionem hanc, quam plerique vel ablatiuo, vel accuſatiuo ſolis iungi aſſeuerant, etiam datiuo, cùm componitur, coniungi: vt ſubſcribit cauſæ, ſubeſſe imperio, ſubuenire egeno, vel calamitoſo, & huiuſmodi.

SERVIRE AVRIBVS.

Dare auribus.

SERuire auribus, dare auribus, frequenter apud bonos autores reperitur: qui modus loquendi nihil aliud certè ſignificat, quàm aſſentiri, & eblandiri. Cæſar in Cōmentarijs: Auribus Varri ſeruiunt. Trebonis Ciceroni: Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.

SI DIIS PLACET.

ADmirantes antiqui alicuius indignitatem, temeritatem, aut indignantes, certo modo loquendi dicebāt. Si Dijs placet. Cicero in Oratore: Etiam Latini, ſi Dijs placet, hoc biennio magiſtri dicendi extiterunt. Idem in Tuſculanis: Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, ſi Dijs placet, videtur ſemper ſapiens beatus: Titus Liuius ab vrbe condita: Perpetuos, ſi Dijs placet, Tribunos, Ibidem: Quin etiam, ſi Dijs placet, nefas aiūt Conſulem plebeium fieri. Idem de bello Macedonico: Nos, ſi Dijs placet, iam Rempublicam etiam capeſſere eos patimur. Ibidem: Non ſocietatem modò, ſed ſi Dijs placet, affinitatem etiam pepigiſti. Ibidem: Qui nunc nos, ſi Dijs placet, accuſatis.

SATIN, SALVE?

MOdus loquendi apud veteres, cum qui turbati interrogabant: An ſatis ſaluæ res eſſent. Terentius in Eunucho: Hem quid eſt? quid trepidas? ſatis ne ſaluæ? Titus Liuius ab vrbe condita. Quærentique viro, ſatisne ſalue? minimè inquit. Ib. Satiſne ſalue, inquit Luci Volumni?

vt

vt ſeſe in Samniores habent? Ibidem: Percontatus ſatis ne ſaluæ? Idem de bello Macedonico: Cùm pater ſatisne ſaluæ res interrogaret.

SARTA TECTA QVID SINT, & qui ſit ea exigere.

SArta tecta, ſine copula plerunque poſita comperi à ſarcio & tego certo modo dicendi deducta, vt infrà oſtēditur. Cùm enim ædificia publica, ædes ſacræ, & alia loca, & opera publica redemptoribus locabantur, præcicipua inter cætera conditio apponebatur, curarent vt ſar ta tectáque eſſent, id eſt, bene prouiſa, aut reparata: Quod verò redemptores ex locato debebant, cùm exigebatur, ſarta tecta exigi dicebantur. Quandoque per tranſlationem ea verba ſarta tecta vſurpantur. Plautus in Trinummo: Sarta tecta tua præcepta vſque habui mea modeſtia. Cicero Marco Cælio: Hoc mihi da, atque largire, vt Marcum Curium ſartum & tectum (vt aiunt) ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſyncerum integrúmque conſerues. Idem in Oratione ante exilium: Qui numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui.

Sarta tecta ſimpliciter

Plautus in Moſtellaria: nec videor mihi ſarcire poſſe ædes meas, quin totæ perpetuò ruant. Cicero Bruto: Quorum quidem omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſit, conſiſtunt in ijs vectigalibus. Idem in Verrem: Cùm Conſules ædes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere. Ibidem: Eundemque tenemini, Cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere. Ibidem: Verùm etiam in ijs ſartis, tectiſque damnata eſt. Vlpianus de Officio Proconſulis, l. Si in alicuius ædes ſacras, & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta tectaque ſint. vel an aliqua refectione indigeant. Celſus de Vſufructu: Hactenus tamen vt ſarta tecta habeant, ſi qua tamen vetuſtate corruiſſent, neutrum cogi reficere, & ſubdit: Vnde Celſus de modo ſarta tecta habendi quærit.

TEMPVS.

ANte tempus, poſt tempus, ad tempus, per tempus, in tempus, in tempore, primo quoque tempore, primo

quoque die, pro tempore, pro re, pro loco, vno tempore. Hos & alios dicendi modos, mira elegantiq́ue varietate perfecta illa Latinitas condidit. Si quis ea, quæ infrà poſui, diligenter legerit, ſine alio interprete per ſe ſatis intelliget.

Ad tempus.

Terentius: Commodiorem hominis aduentum ad tempus non vidi. Cicero de Finibus bonorum & malorum: Itaque ad tempus ad Piſonem omnes. idem Planco Is autem, qui verè appellari poteſt honor, non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. idem Attico: Satis erat dierum, vt Puteolos excurrere poſſem, & ad tempus redire. Eidem. Aderis autem ad tempus. idem in Verrem: Si quæ caſtiores erant, ad tempus veniebant. Plancus Ciceroni: Si autem in itinere meo ſe oppoſuerint, ad tempus conſilium capiam. Aſconius Pædianus: Cur fraudi ſit Ciceronis, cùm ad tempus Oratorum dicta proferantur. Idem: Non intelligunt hæc ad tempus commodè adiungi. Paulus de Damno infecto, l. Ad curatoris: Si dominus ad tempus pecuniam impenſam cum vſuris reſtituere voluerit.

Per tempus.

Plautus: Mihi per tempus inceptum eſt inter. idem in Bacchidibus: Per tempus hic venit miles. idem in Truculent. Per tempus ſubueniſtis mihi. idem in Menech. Non potuiſti per tempus magis aduenire, quàm aduenis. Terent. in Hecyra: Sed video Philippum per tempus egredi. Cato de re Ruſtica: Frondem populeam, vlmeam, quernam cædito, & per tempus eam condito. ibidem: Et per tempus radices quàm plurimas cum terra ſerere. ibidem: Vimina matura, ſalices per tempus ligantur.

Poſt tempus

Plautus in Captiuis: Serò poſt tempus venis. Cicero pro P. Quintio: Ego pro te hoc conſulo, poſt tempus, & in aliena re, quoniam tu in tua re cùm tempus erat, conſulere oblitus es. Varro de re Ruſtica: Quæ poſt tempus naſcuntur, ferè vitioſa atque inutilia exiſtunt.

In tempus.

Cicero Attico: Nam & eiuſmodi ſunt ij verſus, vt ab initio Pompeij in tempus ſcripti eſſe videantur.

Horat. Et præſens in tempus omittas.

Vna

Vno tempore.

Cicero Attico: Multas vno tempore accepi epiſtolas tuas.

Suo tempore.

Idem in Verrem: Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe rediturum.

Primo quoque tempore

Titus Liuius ab vrbe condita: Vt primo quoque tempore in Italiam tranſgreſſus iungeret ſe Hannibali. ibidem: Primo quoque tempore redire in Hiſpaniam iuſſit. Ibidem: Decreuerunt, vt primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur.

Primo quoque die.

Ibidem: Decreuerunt, vt primo quoque die ad populum ferrent. Gn. Pompeius, l. Domitio: Vt primo quoque die Luceriam aduenires.

Tempeſtiuum conuiuium.

Magiſteria à maioribus inſtituta, ſermo qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo.

NOndum cuiquam ſatis arbitror exploratum, quid ſit tempeſtiuum conuiuium. Hoc certo liquet non eſſe id quod ſimpliciter verba oſtendunt, vt ſit conuiuium tempeſtiuum, quod conuiuium in tempore paratum. Nam vt patet ex ijs, quas infrà poſui, autoritatibus, aliquid præcipuè in eo erat conuiuio, quod non erat in alijs, vt Magiſteria à maioribus inſtituta, vt ſermo quidam, qui more maiorum à magiſtro adhibebatur in poculo, ea cuiuſmodi eſſent, nemo (quod ſciam) prodidit. Cicero, Attico: Audio à bonis viris, qui & nunc, & ſæpè antea magno præſidio Reipublicæ fuerunt, hanc cunctationem noſtrã non probari, multaque mihi ſeuerè in conuiuijs tempeſtiuis diſputari Idem pro Publio Sylla. Quantum alij tribuunt tempeſtiuis conuiuijs, quantum aleæ. Idem pro L. Murena: Nemo ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſaniat, neque in ſolitudine, neque in conuiuio moderato, atque honeſto. Tempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Idem in Verrem: Statuitur Lolius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio. Idem de ſenectute Catonem loquentem facit: Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoque cõuiuijs delector.

mus. Idem pro lege Manilia: Tantumque abeſt, vt aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar, vt multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas intelligatis, mihi non neceſſarias, vobis nõ inutilis ſuſcepiſſe.

TANDEM ALIQVANDO, QVOuſque tandem?

TAndem aliquando, quousque tandem, hæc coniuncta aduerbia in oratione veluti duæ ſtellæ coruſcant, eamque magnoperè exornant. Cicero Tironi: tandem aliquando mihi à te expectatiſſimas literas reddidit. Idem in Catili. Quouſque tandem abutêre patientia noſtra? Titus Liuius ab vrbe condita: Quouſque tandem ignorabimus vires noſtras?

TENTARE, ATTENTARE.

TEntare paulò occultiore ſignificato, id eſt, quod adficere, & occupare. attentare autem quaſi inſidiosè peruestigare. Cicero Attico: Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari. Eidem: Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à vetere morbo, & ab omnibus tentationibus gaudeo. Idem in Tuſculanis. Quod animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. Idem de Oratore: Cùm is eſt auditor, qui non vereatur, ne compoſitæ orationis inſidijs ſua fides attentetur.

Virgilius in Georgicis:

Turpis oues tentat ſcabies. Horatius:
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto. Idem:
At ſi condoluit tentatum frigore corpus.

TANTISPER DVM.

TAntiſper plerunque particulam, dum, pòſt ſe trahit apud eos autores, quos nunquam ſatis laudare, ſatis admirari, & ſuſpicere poſſumus. Plautus in Menechmis: Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt. Terentius in Heautont. Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignũ eſt facis. ibidem: Decreui tantiſper me minùs iniuriæ Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer. Idem in Adel. Malo coactus qui ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit tantiſper cauet. Cicero, Mar. Varroni: Habes rationem conſilij mei, ubi igitur cenſeo latendum tantiſper ibidem dum efferueſcit hæc gratulatio, & ſimul dum audeam quemadmodum negocium confectum ſit. Idem in arte Rhetorica: Vt ibi

effec

eſſet tantiſper dum culeus,in quē coniectus in profluentem deueheretur,compararetur.

Tranſuerſum vnguem non diſcedere, vel digitum, aut pedem latum,vel digitum latum.

Tranſuerſum vnguem,vel digitum, aut pedem latum, vel digitum latum non diſcedere.Modum etiam hunc dicendi formârunt Latini illi, cùm patuulum interuallum oſtendere volebant.Plautus in Aulularia:Si ex iſto loco tuo digitum tranſuerſum, vel vnguem latum exceſſeris. Idem in Bacchidib.Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiæ digitum longè à pædagogo, pedem vt efferres ex ædibus ante ſolem exorientem. Idem in Moſtellaria: Si poſthac me pedem latum modò ſcies impoſuiſſe in vndam,haud cauſa eſt illicò,quod nūc voluiſti facere, quin facias mihi. Cicero in Academicis:Ab hac mihi non licet tranſuerſum (vt aiunt) digitum diſcedere. Idem in Verrem:Pueri Siſennæ credo qui audiuiſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nuſquam deijcere, neque ab argento digitum diſcedere. Idem Cicer. Fabio Gallo:Vrgeo igitur tranſuerſum vnguem (quod aiunt) à ſtylo,is enim eſt dicendi opifex.

TOLLERE PEDES.

TVrpem & obſcœnam ſignificationē habet is loquendi modus,qui apud eos, quos ſæpè memoro bonos autores frequens eſt.Dicebant enim tollere pedes ea moleſtia,vt quæ obſcœnitas rebus ineſſet,honeſtis vtcunque verbis tegeretur.Cicero,Atti.Sed ſoror quæ tantum habeat conſularis loci, vnum mihi ſolùm pedem dat. Noli inquam de vno pede ſororis quæri,licèt etiam alterū tollas.Non conſulare inquies dictum fateor.

Tollere manus.

Tollere manus,Modum hunc loquendi in lætitia, vel admiratione rei gratiæ antiqui adhibebant. Cicero, Cæſari:Suſtulimus manus & ego & Balbus,tanta fuit opportunitas.Idem in Academ.Hortenſius autem vehementer admirans,quòd quidem perpetuò Lucilio loquente fecerit,vt etiam manus ſæpe tolleret.

Tendere iter.

Tendere iter,id eſt,quod iter facere,vterque loquendi modus venuſtiſſimus.

Virgilius.

Ten

Tendere iter pennis.
Titus Liuius de bello Punico: Cùm ab occaſu ſolis ad exortus tenderent iter.

VT.

EXprimi vix poteſt, quantam partem Latini ſermonis particula *Vt*, contineat, quámve vario dicendi modo per orationem ſerpat, ac veluti laſciuia luxuriet.

De Vt, quo loco multi ne, ineptè ponunt, & ſignificat dubitationem, & coniungitur cum metuo, vereor, timeo. Terentius: Metuo vt ſubſtet hoſpes. Idem in Andria: Dies mihi vt ſit ſatis vereor ad agendum. Idem in Hecyra: Sed firmæ vereor hæ vt ſint nuptiæ. Cæſar in Commentarijs: Vt ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant. Cicero M. Marcello: Sed cùm ita latè pateat eius poteſtas, quàm veremur, vt terrarum orbem complexa ſit, nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Idem Attico: Et tamen vereor vt ijs ipſis contentus ſit. Eidem: Quod enim tu abſuiſti, vereor vt ſatis diligenter actum in Senatu ſit de literis meis. Idem pro Milone: Accepi à te literas, quibus vereri videris, vt epiſtolas illas acceperim. Idem Terentiæ: Omnes labores te accipere video, timeo vt ſuſtineas. Eidem: Si homo amens diripiendam vrbem daturus eſt, vereor vt Dolobella ipſe nobis ſatis prodeſſe poſſit hæc contra Hortenſium contendere. Idem contra Rullum: Vereor Hiempſal vt ſatis firmum ſit & ratum. Idem in Antonium: Ne verendum quidem eſt, vt tenere ſe poſſit, vt moderari. Horatius: O puer, vt ſis vitalis metuo.

De Vt proquemadmodum.

Cicero ad Brutum: Age verò teſte producto credo te exclamationem Clodij aduocati audiſſe, quæ conſurrectio iudicum facta ſit, vt me circumſteterint, vt apertè iugula ſua pro meo capite Pub. Clodio oſtentârint. Idem in Rullum: Sed omitto vt ſit factus vterque noſtrum.

Virgilius in Bucolicis.

Aſpice vt antrum
Syluestris raris ſparſit labruſca racemis.

Ouidius de morte Tibulli:

Aſpice de miſſis vt eat miſerabilis alis. Horatius;
Vidén vt geminæ ſtent vertice criſtæ? Idem;
Vidén vt alta ſtet niue candidum Soracte?

De Vt, pro quomodo, & interrogantis.

Plautus in Perſa: Vt vales? Reſpondetur, vt queo. Ibidẽ: Vt munitum tibi viſum eſt oppidum? Idem in Trinummo: Quid agit tua vxor? vt valet? Idem: Vt videtur mulier? Reſpondetur, non ædepol mala. Horatius:

Vt valet? vt meminit noſtri?

Ouidius de Ponto.

Cernis vt exiguum corrumpunt ocia corpus.

De Vt, pro quomodo, ſed cum quadam admiratione interrogat.

Plautus in Captiuis: Vt ſæpè ſumma ingenia in occulto latent. Idem in Rudent: Vt afflictamur miſerè? Ibidem: Vidéſne alteram illam vt fluctus eiecit foras? Ibidem: Vt præ timore ingenua in vndas concidit? Ibidem: Vt te amplector libens. Ibidem: Vt ego amo te mea Ampeliſca? vt dulcis es? Idẽ in Mercatore: vt diſſimulat malus? idẽ in Sticho: Vt ego te nũc cõſpicio libens? vt præletitia lachrymæ proſiliunt mihi? Cicero, pro Milone: Vt contempſit? vt pro nihilo putauit? Eidem: Gneus autem noſter, ô rem miſerã & incredibilem, vt totus iacet? Virgilius:

Vt te fortiſſime Teucrum,
Accipio, agnoſcoque libens? vt verba parentis?

Idem in ſecundo Aeneidos:

Vt te poſt multa tuorum
Funera, poſt varios hominumque, orbiſque labores,
Defeſſi aſpicimus. Horatius:

Vt iuuat paſtas oues videre properantes domum: Idẽ:
Vt ſemper gaudes illudere rebus humanis.

Idem in Odis:

Vt gaudet inſitiua decerpens pira?

Vt pro licèt, vel poſito, vel dato, vt nunc loquimur.

Cæſar in Commentarijs: Aciam vt omnia contra opinionem acciderent, tamen multò ſe plurimum nauibus poſſet perſpiciebant. Cicero, Attico: Quis aũt locus erit tutus, vt placatis vtamur fluctibus? Idem, Bruto: Nos te tuúmque exercitum expectamus, ſine quo vt reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. Idem de Oratore: Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellẽt non reperies. Idẽ pro Publio Quintio: Ad me ventũ eſt, qui vt ſumma haberẽ cætera, tẽporis quidẽ

cert

certè vix ſatis habui,vt rem tantam, tot controuerſijs implicitã poſſem cognoſcere.Idem pro lege agraria:Etenim vt circunſpiciamus omnia,quæ populo grata, atque iucũda ſunt,nil tam populare quàm pacem,quàm concordiã, quàm ocium reperiemus.idem in Antoniũ:Quod ſi pacis, id eſt,timoris noſtri nomen audiuerit, vt non referat pedem,inſiſtet certè.idem in Philippica: Legẽ illã appellare fas non eſt, & vt ſit lex,non debemus illam Hircij legem putare: Cato de re Ruſtica: Non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturæ,vt tamen multum ſit in nobis.

Ouidius de Ponto:

Vt mihi dij faueant,quibus eſt manifeſtior ipſe,
Pœna poteſt demi,culpa perennis erit. Ibidem:
Luce minùs decima dominam venietis in vrbem,.
Vt feſtinatum non faciatis iter. Idem:
Vt multum demas noſtro de corpore curæ,
Non minús exhauſto quo ſuperabit erit,

Idem in Epiſtolis:

Vt terram inuenias, quis nam tibi tradet habendam?

In Eiſdem:

Vt pelago ſuadente etiam retinacula ſoluas,
Multa tamen lætus triſtia pontus habet,

Horatius in Epiſtolis:

Multæ ſunt plateæ nihil vt meditantibus obſtet.

Titus Liuius ab vrbe condita:Ex Brutio agro, qui vt omnis coleretur,exiguus tamen tanto alendo exercitui erat. Idem de bello Macedonico: Vt trium numero ſcriptorum parum fidei ſit, magnam tamen victoriam fuiſſe apparet.

Vt, pro ſicut

Cæſar in Commentarijs: Horum autoritate finitimi adducti,vt ſunt Gallorum ſubita & repentina conſilia,eadem de cauſa Trebium Terraſidiumq́ue retinent. Cicero ad Brutum:Habes vt breuiſſimè potui genus iudicij. idem de Senectute:Multæ etiam vt homine Romano literæ erant.idẽ de Finibus:Pueri, in quibus vt in ſpeculis natura cernitur.idẽ in Bruto:Fuit vt in temporibus illis Luculentus,iuris valdè peritus. Ibid. Erat cum literis Latinis tum etiam Grçcis)vt temporibus illis) ſatis eruditus.Titus Liuius ab vrbe condita: Sacra publica,vt à Numa erant inſti

tuta, facere. Ibidem. Vt in tali tumultu portas inuadit.

Vt, pro Vtinam, execrando, vel optando.

Plautus in perſa: Vt iſtum dij, deæq́ue perdant. idem in Moſtellaria. Vt dij, deæq; me omnes peſſimis exemplis in ficiant, niſi ego illam interfecero ſiti faméque atque gelu. Terẽtius in Heauton. Vt te omnes quidem dij, deæq; quãtum eſt Syre, cum tuo iſto inuento, cumq; incepto perdãt. idem in Adelph. vt Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Iupiter. idem in Eunucho: Vt illum dij, deæq́ue om nes ſenem perdant.

Vt, pro poſtquam.

Plautus in Stich. Nam viri noſtri domo vt abierunt, hic tertius annus eſt. Cicero in Antoniũ: Eſt enim annus, vt repulſam tulit. Idem in Bruto: Nã vt illos de Repub. libros edidiſti, nihil à te ſanè poſtea accepimus. Eidẽ: Vt veni in Arpinum, cùm ad me frater veniſſet, in primis nobis ſermo, iſq́ue multus de te fuit. Eidem: Vt primùm iudices cõſederunt, valdè diffidere boni cœperũt Eidem: Vt ab vrbe diceſſi, nullũ intermiſſi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Idem, Attico: Vt Athenas ad XV. Calend. Quintiles veneram, expectabam poſt quartum diem, Pompeium.

Ouidius de Ponto.

Nec quicquam ad noſtras peruenit acerbius aures:
Vt ſumus in Ponto, perueniatq́ue precor.

V E.

PArticula Ve, dici vix poteſt, quanta cum venuſtate & gratia ponatur ab antiquis. Legendo tamen, & meditando melius conſideratur. Diſiunctiua enim coniunctio eſt, vt id ſignificet quod aut. Cicero, Attico: Apius enim ad me ex itinere bis térve literas miſerat. Eidem: Amici regis duo trésve perdiuites ſunt. Idem in Antonium. Cenſeo vti Caius Panſa, Aulus Hircius, Cõſules alter ambóve defendant. In eundem: Poſt hanc habitam concionem duabus tribúsve horis hæ literę venerũt. In eundẽ: Vti Caius Pan ſa, Aulus Hircius, conſules alter ambóue rationem agri habeãt. In eundem: Quid cùm decreuiſtis, vt cõſules alter ambóve ad bellum proficiſcerentur.

Sed eleganter geminata poſtponitur negatiue.

Cicero Lentulo: Peto à te, vt idq̃ me néve in hoc, néve in

in alijs quæras. Idem in Oratore: Componere, & ſtruere ſua, vt néve aſper eorum concurſus, néve hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & lenis. Ibidem: Id aſſequimini, ſi verba extrema conſequentibus primis ita iungetis vt néve aſpere concurrant, néve vaſtius diducantur.

Virgilius in Georgicis:

Néue tibi ad ſolem vergaut vineta cadentem.
Néve inter vites corylum ſere: néve flagella.
Summa pete.

VSV VENIRE.

VSu venire, vel euenire, id eſt, quod accidere, contingere. Sed aliquid contingere, aut accidere ſemel, aut raro poteſt. quod non ſit conſuetum, vel in vſu. Vſu autem venire, id eſt. quod frequentius accidere. Modus eſt loquẽdi Latino candore inſignis. Terentius in Phormione. Nec enim huiuſmodi tibi vnquam vſus venit vt conflictares malo. Cicero Appio Pulchro. Quod ſi quis me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe callidius, quàm cùm te abſentem ſemper defenderim, cùm præſertim mihi vſu venturum non arbitrarer. vt ego quoque á te abſens defendendus eſſem, nunc committerem, vt tu iure optimo me abſentem deſerere poſſes Idem, Caſſio: Videor enim cum poteſtate loqui & iocari, nec tamen hoc vſu venit. idem in Oratore: Quid idem mihi ſpero vſu eſſe venturum in hac diſputatione, quod in dicendo ſolet, vt nulla expectetur ornata oratio. idem in arte Rhetorica: Idem in demonſtratione ſolet vſu venire. Et in eadem: Aut ſi quod in quibuſdã rebus hominibus accidit, id dicitur vſu venire. Idem: Duodecimus locus eſt per quem indignamur quòd nobis hoc primum acciderit nec alicui vnquam vſu euenerit. idem pro Cluentio: Hoc cuius vſu venire poſſe quærebat. idem Attico: Nunc venit idem vſu mihi, quod tu tibi ſcribis. Eidem: Credo igitur hunc me non amare, at ego me amabã, quòd mihi pridem vſu non venit. idem de Finibus bonorum & malorum: Sed eò credo quibuſdam venire vſu vt abhorreant á Latinis. idem in Tuſculanis: Quod ijs ſæpè vſu venit, qui cùm acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, aſpectum omnino amitterent. idem pro Roſcio Comœd. Quod item nuper in Erote Comœdo vſu venit.

Idem pro P. Quintio: Nam quid homini poteſt turpius, quid verò miſerius aut acerbius vſu venire? quod tantum euenire dedecus? Idem pro Sexto Roſcio Amerino: idem vſu mihi venit in cauſa optima. idem in Verrē: Hoc enim ſolet vſu venire ijs, qui in agris redemerūt. Varro libro ſecundo rerum Ruſticarum: Id quod vſu venit Barberio equiti Romano. ibidem: Quod vſu venit memoriæ mandandū, Aſconius Pædianus hoc ſuo iure declarat, cúm dicit: veniſſe, id eſt, contigiſſe. Vitruuius: Quod in multis ciuitatibus ſolet vſu euenire. Titus Liuius ab vrbe condita: Quod ad eam diem nunquam vſu veniſſet.

VALETVDO INFIRMA, infirmitas valetudinis.

Valetudo infirma, & infirmitas valetudinis, certo dicendi modo à doctis illius perfecti ſeculi dicitur, quod vno verbo illiterati non morbum, ſed infirmitatem vocant. Cicero, Tironi: Valetudinem iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexare. Eidem: Vix in ipſis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari. Idem, M. Mario: Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minùs ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quàm ſapiētiæ tuæ. Idem pro Aulo Cluentio: Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiſſe vehementer. idem pro eodem: Erat illo tempore infirma valetudine habitus. idem de Oratore: In eius infirmiſſima valetudine, affectáque iam ætate. idem in Bruto: Niſi ſemper infirma, atque etiam ægra valetudine fuiſſet. idem de Legibus: Qui cùm eſſet infirma valetudine, hic ætatem egit in literis. idem de Officijs, Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri. Paulus de Mortis cauſa donationibus: Mortis cauſa donare licet, non tantùm infirmæ valetudinis cauſa, ſed periculi etiam propinquæ mortis.

FIRMVS ET INFIRMVS.

Cicero Tironi: Te penitùs rogo, ne tam longæ nauigationi & viæ per hyemem niſi benè firmum commitas. Eidem: Ibi te vt firmum offendā mi Tiro effice. idem Attico

Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare nolui. Eidem: Sed confido, ſi diligentiam, quam inſtituiſti, adhibueris, citò te firmum fore.

Nota vt firmum, non ita infirmum dici, ſed infirma valetudine, infirmus homo. Firmus autem homo nunquã dicitur, ſed abſolutè firmus. Firmus enim integrum, validum, robuſtum ſignificat. Infirmus? verò non ægrotum (vt illiterati dicunt) ſed imbecillem, debilem. Cicero in Academicis quæſtionibus: Adſidamus inquam, ſi videtur, ſanè iſtud eſt, inquit, ſum enim admodum infirmus.

VT NE.

ELegantiſſimæ particulæ hæ binæ: Vt ne, idem ſignant, quod Ne particula ſola. Sed dicendi modus, quos literatiſſimi illius fœlicis ſeculi vtebantur, pro ratione eſt. Plautus: Niſi vt ne exurirem. idem in Aulula. Vt ne abſtuliſſe intelligam. idem in Mercat. At ego expurgationem habebo, vt ne ſuccenſeat. idem in Aſinaria Licèt laudem fortunam, tamen vt ne ſalutem culpem. Terent. in Hecyr. Nempe ea cauſa, deſunt vt ne impunè in nos illuſeris. Ibidem. Itaque vt ne id videam, miſera huc effugi foras. idem in Andria. Vt ne pater per me ſteţiſſe credat. Cicero Curioni. Petiui non vt decernatur aliquid noui, quod ſolet eſſe difficilius, ſed vt ne quid noui decernatur. Eidem: Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. idem pro Milone: Opera datur, vt iudicia ne fiant. Ibidem. Si hic illi, vè ne ſit impunè. idem pro P. Sextio: Vt lex Aelia. lex Fuſia ne valeret. Idem in Verrem. Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Romani ſunt, velle, vt ab ijs marmorea Venus illáne auferatur? Quid Tarentinos, vt ne Europam in Tauro ſedentem amittant? Ibidem: Impetrant vt ne iurent. Idem, Lentulo. Non tam vt te impediret, quàm vt ne quis propter exercitus cupiditatem in Alexandriam vellet ire. Idem pro Ligario: Nam quid agis aliud, niſi vt occidatur? vt Romæ ne ſit? vt domo careat? Ibidem: Vt ne ſine Scaleno in concilium irent. Idem pro Cluentio: Statuit tamen nihil ſibi in tantis iniurijs, ac tanto ſcelere matris grauius faciendum, quàm vt illa matre ne vteretur. idem pro Tit. Annio Milone: Nun-

quid igitur aliud in iudicium venit, niſi vter vtri inſidias fecerit? profectò nihil: ſi hic illi, vt ne ſit impunè: ſi ille huic, tum nos ſcelere ſoluamur. Idem Thermo: Operam des quóad fides tua patietur, vt ſocius adoleſcentis rea ne fiat. Idem ad Brutum: Quare omni ſtudio à te mi Brute contendo, vt Ciceronem meum ne dimittas. Eidem: Vt eum à magiſtris ne abducam. Idem Attico: Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, vt ne quem iſtuc eũtem ſine literis dimittamus. Idem de Officijs: Modò hoc ita faciat, vt ne ipſe de ſe bene exiſtimans, ſeſeq; diligens hanc cauſam habeat ad iniuriam. Idem de arte Rhetorica: Vt ne alterius defendendi cauſa hunc accuſare, ſed hunc accuſandi cauſa defendere alium videatur. Idem pro Cluentio: Me obſecrare cœpit, vt ſeſe lege defenderem. Idem pro Publio Quintio: Ita poſſideto, vt Quintio ius ne auferatur. Idem pro Populo gratias agit de reditu ſuo: At de me valerent ſemper Senatus flagitauit. Idẽ pro domo ſua: Vt Marcus Tullius in ciuitate ne ſit. Ibidem: Primùm vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur. Idem pro Sexto Roſcio Amerino. Vt ne planè illudamur ab accuſatoribus. Idem pro Rabirio Poſthumo: Vos obſecro iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis Romani, & vſuram huius lucis, & veſtrum conſpectum ne eripiatis. Idẽ pro L. Murena: Obſecro Iudices, vt ne hominis miſeri, & cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murenæ recentam gratulationem noua lamentatione obruatis. Idem pro Gneo Rabirio: Vt ne plura de pudicitia dicerẽ. Idem pro Aulo Cecinna: Secundò, vt ne cum tam improbo homine: Tertiò, vt cum tam ſtulto haberet. Varro in libro rerum Ruſticarum: vt ne plus quarta pars eximatur mellis. Vitruuius: Vt ne plus pateant palmam. Idem: Vt ab aquæ vino diſſoluantur. Titus Liuius de bello Macedonico: Id vt ne fiat vno modo, cauendum arbitror. Modeſtinus de Confirmando Tutore, l. Vt ne de confirmandis quærentibus tutoribus relinquamus.

VENIRE IN MENTEM *illius temporis.*

NEgligendus non eſt hic quoq; dicendi modus, apud optimos autores celebratus. Dicebant enim, cùm mihi

mihi in mentem venit illius temporis. Quem multi imitari neſcientes immutant, vt rudi ac vulgato modo dicant Cùm mihi illud tempus venit in mentem. Cicero, Mario: Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuiſſemus vnà. Idem in Verrem, Cùm illius temporis mihi venit in mentem. Ibidem: Non dubito, quin in tanto tuo periculo, tuorum ibi ſcelerum veniat in mentem. Ibidem: Facite vt vobis triennij totius veniat in mentem. Ibidem: Venit enim mihi ſani, loci religionis illius in mẽtem. Idem pro Pub. Sylla: Sed cùm mihi patriæ imaginis cùm veſtrorum periculorum, cùm huius vrbis, cùm illorum delubrorum, atque templorum, cùm puerorum, infantium, cùm matronarum, ac virginum veniebat in mẽtem. Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Venit enim mihi in mentem oris tui.

VEL.

QVanta gratia, & venuſtate ſplendet hæc particula, Vel, modo illo dicendi in libris perfecti illius ſeculi ita abſtruſa, vt data opera ab diuinis illis viris occultata videatur, quo rimantibus maiori (cùm reperiretur) voluptati eſſet. Non enim coniungit aliquid diſiungit, aut diſcernit, aut copulat, aut adfirmat, vt aliqui dicunt: Sed id propriè ſignificare videtur, quod interrogantes dicimus: Quid tibi de hoc videtur? aut quid nunc dices? Sed melius iſta ex ſubiectis conſiderabuntur. Plautus in Menechmis: Vel heræ illæ, quæ pallio me comprendere, obſecrauerunt, vt te hodie quaſi pompam illàc preterducerem. Ibidem: Dij veſtram fidem, vel hic, qui nunc inſanit, quàm valuit paulò priùs. Idem in Rudente: Vel papillæ cuiuſmodi? Terentius in Andria: Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te eſſe ortum? Idem in Eunucho: Vel rex ſemper maximas mihi gratias agebat, quidquid effeceram, alijs non itidem. Idem in Heautontimor. Vel me hæc deambulatio, quàm non laborioſa ad languorem dedit? idem in Hecyra: Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, quàm ſanctè, vt quiuis facilè poſſit credere, nunquam iſta viua ducturum. Virgilius:

Vel cùm ſe pauidum contrà mea iurgia fingit? Horati⁹:
Vel mea cùm ſæuis agitat faſtidia verbis?

Clarus eſt eius particulæ alius ſenſus, quo ſignificatur etiam.

Cicero ad Atticum: Vt vel perire maluerit, quam per-

dere omnia. Ad eundem. Occupationum mearum vel hoc ſignum erit,quòd epiſtola libratij manu eſt.

VSQVE DVM.

Vſque dum,hæ duę particulæ compoſitæ æidem ſignificant quod vſquequò, vel quòad. Abierunt tamen per incuriam à communi ſermone ferè in deſuetudinem. Cicero in Verrem: Fatetur id,quod negari non poteſt, ſe priuatum hominem,prædonum duces viuos atque incolumes domi ſuæ, poſtea quàm Romam redierit, vſque dum per me licuerit tenuiſſe. Catullus: Hic me grauedo frigida, & frequens tuſtis quaſſauit, vſque dum in tuum ſinum fugi.

Villa rudis,terra rudis.

Villa rudis,terra rudis,quid eſſet,pauci(vt opinor)aduerterunt. Eſt enim quæ priùs prociſſa non fuit, ſed intacta,&(vt vulgò dicunt)noua.Cicero Q. Fratri:In villam apertam,ac ne rudem quidem ducere nolui. Varro de re Ruſtica: Terram rudem proſcindere oportet. Ibidem: illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea feras, quæ quotannis ſit obſita, quæ vocatur reſtibilis. Ouidius in Metamorph. Rudis indigeſtaque moles.

Catullus in Argonautica:

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitridem.
Quæ ſimul ac roſtro ventoſum proſcidit æquor.

VBIVIS GENTIVM, QVISQVAM *gentium, vbi gentium, vbi terrarum, quid rerum,&c.*

Vndequaque patet Latinitatem nil aliud eſſe, quàm certum modum loquendi. Vbiuis gẽtium, quiſquam gentium,vbi ſit gentium, vbi terrarum, aliquò terrarum, quoquò gentium, vbi loci, quid rerum,quò locorum, & huiuſmodi,præcipua ſunt obſeruatione digniſſima.Plautus in Mercat. Vbi nam eſt is homo gentium? Ibid. Minimè gentium. Iqidem. Nuſquàm gentium. ibidem: illam quærere,quoquò hinc abducta eſt gentium. idem in Pſeudolo: Neque Libellæ vlla ſpes ſit vſquam gentium. idem in Aſinar. Vnde gentium? idem in Aulular. Neque ligna ego vſquàm gentium præberi vidi pulchrius.idem in Milite: Conueniam illum vbi erit gentium. idem in Bacchidibus: Sequere hac me. Reſpondetur, Quò gentium? idem in Aſinaria:Perij ego oppidò, niſi Litanum inuenio iam

iam vbiubi eſt gentium? Terentius in Hecyra: Cui quantò fuerat præſtabilius, vbiuis gentium ætatem agere: ibidem: An quiſquam gentium eſt æquè miſer? Cicero in Catilinam: O dij immortales, vbinam gentium ſumus? Plautus in Amphitrione: Non ædepol nunc vbi terrarum ſim ſcio. Idem in Mercatore: Vbi loci res ſumma noſtra publica? Terentius in Phormione: Quoquo hinc aſportabor terrarum, certum eſt proſequi, aut perire. Cicero Attico: Et ſi mihi nihil erat propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarũ eſſes, ne ſuſpicabar quidem. ibid. Neque adeſt iſtic, neque vbi terrarum ſit, ſcio. Decius Brutus Bruto & Caſſio: Fortunæ cedendum, ex Italia migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. Cicero in Philipp. Qui vbi terrarum ſit, quid agat, viuat denique, an mortuus ſit, quis aut curat? Ibid. Vbicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne Reipub. præſidium. Idem pro Rabirio Poſthumo: Nunc verò quid agimus? vbi terrarum ſumus? Horatius:

Mitte ſectari roſa quò locorum
Sera moretur.

Titus Liuius ab vrbe condita: Quò terrarum velint traijciant. Idem de bello Punico: Percontatur vbi terrarum eſſet. Idem de bello Macedonico: Se tacitos abire, quo terrarum poſſent in animo habuiſſe. Plautus in Rudente: Sed & Grippus noſter quid rerum gerit? Catullus: Quid rerum geritis? Plautus in Aulularia: Sed quid hoc clamoris oritur hic ex proximo? Horatius: Quid hoc veneni ſæuit in præcordijs?

VSQVE.

PRæpoſitio *Vſque* obſeruatione digniſſima eſt. Coniungitur enim plerunque à perfectis illis cum alijs præpoſitionib⁹ A, ab, ad, antè, è, ex: Interdum etiam cum aduerbio, pridie, poſtridie, dum, iſtinc, magna cum venuſtate. Quem dicendi modum qui non tenent, errorem, aut malæ Latinitatis eſſe, aut ſcripturæ peruerſitatem putant.

Vſque ad.

Cicero Attico: Ibi eſſe volo vſque ad pridie Calendas Maias. Ibidem: Nos in Formiano eſſe volumus vſque ad pridie Nonas Maias. Eidem de Quint. Fratre. Nuncij vobis triſtes, nec varij venerunt, ex ante diem Nonarum Iunij, vſque ad pridie Calendas Septembris. Titus Liuius

autem illi vacuum à culpa, vacuum à periculo, & vacuum à dolore, & huiuſmodi addita præpoſitione dicebant. Cicero in Verrem: Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu mœnibus portuque ornata ſit, ab ijs rebus, quibus iſte delectatur, ſanè vacua ac nuda eſt. Idem Attico: Sin eris ab iſto periculo vacuus. Idem de Officijs: Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus. Idem de finibus bonorum & malorum: Quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Idem Quint. Fratri: Sin eris ab iſto periculo vacuus, ages ſcilicet, ſi quid agi poſſe de nobis putabis. Idem de arte Rhetorica: Si animus à talibus factis vacuus & integer eſſe dicetur. Idem pro lege Manilia. Ita neque hic locus vacuus vnquam ab ijs, qui noſtram cauſam defenderent: & meus labor in priuatorum periculis caſtè integreque verſatus, ex veſtro iudicio fructum ampliſſimum eſt conſecutus. Idem de Prouincijs conſularibus. Nam quis hoc tempore non ſentit omnia alia eſſe vobis vacua ab omni periculo, atque etiam ab omni ſuſpicione belli? Idem pro Deiotaro: Sed tamen quicquid à bellis Popul. Roman. vacabat, cum hominibus noſtris conſuetudines, amicitias, res, rationesque iungebat. Idem ad equites Romanos: Profectò iſtis hora nulla eiecto M Tullio vacua è periculo: Saluſtius in Catilina: Quod ſi quis etiam à culpa vacuus in amicitiam eius liber inciderat, quotidiano vſu atque illecebris facilè par, ſimiliſque cæteris efficiebatur. Titus Liuius ab vrbe condita: Ne quando à me, ac periculis vacarent.

VENIRE HAEREDITAS.

Venire hæreditas Latinè dicitur id, quod multi dicũt, In hæreditatem ſuccedere. Cicero in Verrem: Cuius filiæ cùm à propinquo hæreditas permagna veniſſet. Ibidem: Præſertim cùm tibi illo ipſo anno è Chelidone veniſſet hæreditas. Ibidem: Hic Verres hæreditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt, quòd in eius regnum ac manus venerat iſte. Ibidem: Quàm pridem ſibi hæreditas veniſſet, docet. Ibidem: Omnibus ijs, quibus hæreditas venerit, cohæredem prætorem eſſe oportere. Ibidem: Quid hæc hæreditas, quo prætore Dionis filio venerat? In eundem: Audiuit Dioni cuidam Siculo permagnam veniſſe hæreditatẽ. & paulò poſt: Huic hæreditas facilè ad ſextertium tricies venit, teſtamento propinqui ſui Heraclij Ibidem: Se

de

de hæreditate velle cognoſcere,quæ eius filio à propinquo homine Appollodoro Laphicone veniſſet. Idem in Philippicis:Hæreditatem mihi negaſti venire. Idem de arte Rhetorica: De hæreditate quæ venit pupillo. Idem pro Lucio Flacco:Tu Tite Vecti ſi qua tibi in Africa venerit hæreditas vſu amittas. Ibidem: Quid ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt?Idem pro Aulo Cecinna:Mihi credite,maior hæreditas venit vnicuique noſtrum in iiſdem bonis à iure,& à legibus, quàm ab ijs, à quibus illa ipſa bona relicta ſunt. Idem pro L. Flacco: Maximas audio tibi L.Lucelle,qui de L.Flacco ſententiam laturus es,pro tua eximia liberalitate,maximisque beneficijs in tuas veniſſe hæreditates.

VICARIVS.

Vicarium eum eſſe, qui alicuius vices gerat planiſſimum eſt,at quas ijs ſubdam autoritatibus palàm fiet quod multis abſconditum in eo vocabulo fuerat. Eſt enim alio ſenſu vicarius,ſeruus qui ſerui vices gerit.Ab eo vt arbitror,poſtea in alios quoque vis vocabuli transfuſa eſt.Plautus in Aſinar.Ex perſona Leonide ſerui, mihi ſcio vicarium eſſe,neque eſſe ſeruum in hæredibus,qui ſit pluris quàm ille ſiet.Cic.in Ver Peculia omnium, vicarijque retinentur. Horatius.

Siue vicarius,qui ſeruo paret,vt eſt mos veſter ait, ſeu conſeruus Paulus de Noxalibus actionibus, l.ſi in re: ſi ſeruus tuus nauem exercuerit,eiusque vicarius ſeruus, & idem nauta in eadem naui damnum dederit.Idem de Manumiſſis,l.ſi peculium prælegatũ eſt,& vicarius liber eſſe iuſſus ſit.Vlpianus de inſtitoria actione,l.ſed & ſi: ſi à ſeruo tuo operas vicarij eius conduxero.

Qvæ cum versùm vel verſus, compoſita ſunt, mirificam in latinitate elegantiam obtinent, ſuntque vel præcipua obſeruatione digniſſima.

Quoquò versùm, aduerbium ad locum, id eſt, versùs quemcunque locum.

Cæſar in Commentarijs: Eius imperio claſſem quoquò versùm dimittunt:Ibidem:Quoquò versùm quò pabulandi mihi adire poſſe videantur, Ibidem: Rates duplices quoquò versùm pedibus XX. è regione ſolis collocabat. Cato de re Ruſtica:Pedes denos quoquò versùm habeat.

Qua

Quaquà verſùm,id eſt,per quemcunque locum.

Cæſar in Commentarijs: Legatos quaquà verſùm dimittere.

Aliquò verſùm,id eſt,verſùs aliquem locum.

Plautus in Caſina: Ego pol iſtam iam aliquò verſùm regulam dedero.

Aliò verſùm,id eſt,verſùs alium locum, vel per tranſletionem,ob aliam cauſam.

Plautus in Aulularia: Atqui ego iſthuc Antrax aliò verſùm dixeram.

Vtroque verſùm,id eſt,verſùs vtrunque.

Plautus in Captiuis: Vtroque verſùm rectum eſt ingenium meum ad te atque ad illum

Deorſum verſùm,id eſt,verſùs inferiorem locum.

Varrò de lingua Latina: Deorſum verſùm ad ſingularia perueniunt.

Surſum verſùm,id eſt,verſus ſuperiorem locum.

Cicero in Partitionibus oratorijs: Et idem quaſi ſurſum verſùm vtroque dicatur. Idem de Oratore: Cùm gradatim ſurſum verſùm redditur. Cato de re Ruſtica, Vites, propages,ſulcos ſurſum verſùm quóad eius facere poteris,vites facito vti ducas. Ibidem: Surſum verſùm ſemper adducito. Ibidem: Vitia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet,vt vitis,quibus ſurſum verſùm ſerpit. Paulus de gradibus adfinit. l. Iuriſconſultus: ſurſum verſùm, vel deorſum verſùm tendens,& ſubdit: Primo gradu cognationis ſunt ſurſum verſùm duo,pater,& mater: deorſum verſùm duo,filius & filia.

Deorſum verſùm.

Terentius in Adelphis: Cliuus deorſum verſùm hanc te præcipitato. Varro libro ſecundo rerum Ruſticarum: Linulis deorſum verſùm preſſis.

VSPIAM.

VSpiam quaſi ſcintilla quædam in oratione refulget, cùm à rectè conſiderantibus obſeruatur. Nec quicquam meo indicio magis ſermonem illuſtrat, quàm paruulę hæ clauſulæ,quæ à pleriſque quoniam ſunt omiſſa, illaudata eorum ac ſordida ſurgit oratio. Loco huius particulæ vſpiam,multi ineptè,in aliquo loco, dicunt. Cicero,Attico; ſed tamen hoc me ipſo conſolabar, quòd non dubitabam, quin te ille aut Dirrachij, aut in iſtis locis vſpiam

vſpiam viſurus eſſet. Eidem: Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit, an mare tranſire neſcit? Idem in Academicis: ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam.

VTI FRVI, DARE LEGARE, DARE præſtare, dare fieri, eſſe habere, ire agere.

DVo verba, eorumque infinita, nulla copula coniuncta ſæpenumerò apud antiquos reperiuntur, nulla ratione, ſed ſolo modo loquendi, vti frui, dare legare, dare præſtare, dari fieri, eſſe bibere, ire agere.

Vti frui.

Caius de Aequirendo rerum dominio, l. acquiritur: Habet ius vtendi fruendi.

Dare legare.

Iabolenus de Statu liberi, l. ſtichum: Titio do lego. Paulus ad Legem Falcidiam, l. 1. Easque res quibusque dare legare volet.

Dare præſtare.

Scæuola de ſtatu liberi, l. ſticho: Iubeo det præſtet filio, & vxori meæ.

Dare fieri.

Idem de inofficioſo teſtamento, l. Titia: Quæ ſuprà dare fieri iuſſi, & dari fieri volo.

Eſſe habere.

Vlpianus de actionibus empti & venditi, l. ex empto: Qui iumenta vendit, ſolet ita promittere, eſſe habere, vt oportet.

Ire agere.

Celſus de ſeruitutibus, l. ſi cui: Ire agere licebit. Ibidem eodem titulo, l. Per fundum: Qui plurium eſt ius mihi eſſe eundi agendi poteſt. Paulus eodem titulo, l. ſeruitutes. Per arcam tuam in domum meam ire agere ceſſiſti. Idem eodem titulo, l. ſi prius ius eſſet mihi ire agere. Idem de Aqua pluuia arcenda, l. ſuprà iter. ſed pontem quo poſſit ire agere iure extruet.

Fecerunt negocia cùm forenſia, tum domeſtica, quibus poſteaquàm Romam redij, valdè deſtineor, vt non ſingula (vt par erat) accuratè ſeduloque reguſtauerim, & ſuo quaque rem loco diſpoſuerim: Quare legentes quæſo, vitio mihi ne dent, ſi quid præter ordinem, aut perperam notatum repererint.

CON

CONTENDO ET REMITTO.

NOn abs re, neque ſuperuacaneum putaui aliquid etiã ſcribere de modis dicendi, quibus proferuntur verba in tendo, ſiue contendo, & remitto, quæ cõtraria ſunt: & adſtringo ſiue denſo, ac relaxo, quæ item diuerſa ſunt. & contraho, ac dilato ſimiliter contraria. Quæ à diuerſis diuerſo quidem ſenſu accipiuntur. Quare qui tot in vnum congeſtas autoritates legerint, dubitare deinceps, & variare deſiſtent. Primo de intendo & remitto. Cicero in Tuſculanis: Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillimè animus intẽtione ſua preſſum depellit omnem ponderum, remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Idem de Oratore: Oculi ſunt, quorum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum ſignificamus. Titus Liuius ab vrbe condita: Remiſſo fune quo ſuſpenſa erat, cataracta magno ſonitu cecidit.

De aſtringo et relaxo.

Cicero de natura deorũ: Eaq; tum adſtringitur, tum relaxatur. Ibidem: Quemadmodum autem reliquiæ cibi propellantur, tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxãtibus, haud ſanè difficilè dictu eſt. Idem Attico: Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum: pater enim nimium indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat. Idem in Antonium: Neque tanten vos vrget mandatis pluribus, remitrit aliquantum, & relaxat. Virgilius.

Denſat, erant quæ rara modò, & quæ denſa, relaxat.

De contraho & dilato.

Cicero de natura Deorum: Partes quæ ſunt infrà quàm id deuoratur, dilatantur, quæ autem ſuprà contrahuntur. Ibidem: Pulmones tum ſe contrahunt adſpirantes, tum ſpiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis.

Per tranſlationem autem dicitur remittere & relaxare animum, hoc eſt, non ſemper curis intentum eſſe. Cicero in Philippica 2. Tamen ſi modò homines ſunt, interdum animis relaxantur. Idem Bruto: Tantam ſpem attulerat explorata tua victoria, vt omnium animi relaxati ſint. Idem de Legibus: Et cùm remittit animos, tum contrahit.

QVod multi inſcitè quidem, & minùs latinè dicunt vſque nunc, vſque tunc, vſque ad id tempus, perfecti

etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti aduerſus Romanos.

Etiam num.

Plautus in Menechmis: Ibo etiamnum. Varro de re Ruſtica: Cum etiamnum Platanus nouella eſſet.

Etiam tum.

Terentius in Hecyra: Me educit foras, narratque vt virgo ab ſe integra etiã tum ſiet. Cicero de Oratore: Omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccumbentẽ. Ibidem Cùm etiam tum in lecto Craſſus eſſet. Varro de re Ruſtica Vineas veteres iterum occare, & nouellas etiam tertiò, ſi ſint etiam tum glebæ.

Iam tum, iam nunc, aliud certè eſt, ſignificatq́; id quod ex nunc ineptè dicunt. Cicero pro Aulo Licinio: Ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue ijs temporibus, quæ tu criminaris. Idem in Verrem: Iam tum cùm bello fugitiuorũ tota Italia arderet. Idem pro Cluẽtio: Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente Romano populo floruerunt.

Virgilius:

Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes.

Iam nunc.

Cicero de diuinatione: Iam nunc mente & cogitatione perſpicio quem tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint. Ibidem: Quæ cùm cogito, iam nunc timeo.

Virgilius in Georgicis:

Et votis iam nunc adſueſce vocari. Propertius:
Iam nunc me ſacræ Dianæ.
Suſcipere & Veneri ponere vota iuuat.

PRVDENS, IMPRVdens legum.

Obſeruandus eſt & hic dicendi modus, Prudens, imprudens legum, & in legibus iuris, & cætera. Cicero de arte Rhetorica: Imprudentes legis cùm exiſſent, vitulum immolauerũt Idem de Amicita: Quia prudens eſſe in iure ciuili putabatur.

HABERE QVAESTVI, HABERE honori, habere prædæ, habere voluptati.

Habere quæſtui, habere honori, habere prædæ, habere voluptati, modi dicendi elegantiſſimi non ſolùm inter miſſi, verùm etiam veluti de induſtria omiſſi. Cicero de Officijs: Habere enim quæſtui Rempublic. non modò

turpè eſt, ſed ſceleratum etiam, & nefarium. Saluſtius in Iugurthino. Sed incedunt per ora veſtra magnificè, ſacerdotia & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes, perinde quaſi ea honori, non prædæ habeant. Idem in eodē: Et alia, quæ cęteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet.

CERTVM HABERE, PRO certo habere.

CErtum habere, pro certò habere. Certum ſcire: Certò ſcire: Modi ſunt loquendi candidiſſimi. Cicero ad Atticum: Neque id ipſum tamen certum habeo. Idem ad eundem: Quod quæris quamdiu hic paucos dies, ſed certum non habeo. Idem Bruto: Neque nunciabatur quidquàm, quod pro certo haberemus.

Certum ſcire. certò ſcire.

Cicero Bruto: Cùm certum ſciero, ſcribam ad te. idem eidem: Noſtræ res meliore loco videbantur, ſcripta enim ad te certò ſcio, quæ geſta ſint.

AD REM PERTINET, ad rem facit.

HOc ad rem pertinet, non pertinet: Hoc ad rem facit, non facit, quod eſt, non conuenit. Modus eſt idem dicendi, quo iam parum aliqui vtuntur, ſed pro eo inſcitè dicunt: Hoc ad propoſitum facit, vel pertinet, aut ad propoſitum non facit, vel non pertinet. Cicero in Epiſtolis: Et ſi quid ad rem pertinet, etiam locupletem.

Ouidius in Epiſtolis:

Ad talem formam non facit iſte locus. Idem:
Non facit, ad citharas Barbiton vlla meas.

Iulianus de verborum obligationibus, l. Eum qui nec ad rem pertinet. Papinianus de Conditionibus, l. Pater: Nec ad rem pertinere, ſi portionem filiorum ſiuè ſubſtitutionis quæſiſſet.

SVMMVM, MINIMVM.

SVmmum Minimum: Modo hoc loquendi ſignificatur, quod illiterati dicunt, ad maius, ad minus. Cicero Attico: Scias igitur fortaſſe cras, ſummum perendie. Varro de re Ruſtica. Ita ſiunt omnium partes minimum octuaginta vna. Ibidem: Harum genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt. Titus Liuius de bello Macedonico: Cum tribus ſummum militibus.

MAXIME OMNIVM, MInimè omnium.

QVod inſcitè dicunt, plus quàm omnes, minùs quàm omnes: Maximè omnium, minimè omnium antiqui dicebant. Cicero in Bruto: Qui maximè omnium nobiliũ græcis literis ſtuduit. Idem de Oratore: Quod quidem tu minimè omnium ignoras.

HOC ME MOVET

DIcebãt antiqui: Hoc me non mouet, vel hoc me mouet, quando res aliqua non illi cordi erat, vel contrà cùm maximè vrgebat, aut præmebat Cæſar, Curioni: Neque illud me mouet, quòd ij, qui à me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicant. Cicero, Attico: Vnus Pompeius me mouet beneficio, non autoritate Paulus de Vſu, & vſufructu, l. Sempronius. Mouet me, quòd dies legati huius, ſiue fideicommiſſi ceſſerit.

VERBA QVAEDAM MODO neutra abſoluta, modò actiua ſimplicia.

OBſeruaui verba nonnulla modò neutra abſoluta, modò actiua ſimplicia in ſcriptis illorum perfectorum autorum verſari, quæ non ab re putaui) vt vſui lectoribus eſſent) literis mandare. Horatius:

Comis garrire libellos. Idem:

Huc appelle trecẽtos inſeris ohe. Idem: Nec mea ſæuus Iurgares. Idem: Fidis enim manare Poetica mellare ſolum. Idem: Syluas & vineta crepat mera. Idem: Si quid Stertinius veri crepat. Idem: Et quæ pars quadret aceruum. Idem: Libenter hoc & omne militabitur bellum. In tuæ ſpem gratiæ. Idem: Prætereane vos titillet gloria iure: Iurando obſtrigam.

Cicero de Officijs: Hæc eſt grauium hominum, atque magnorum, illa qua aſſentatorum populi multitudinis leuitatem, & voluptatem quaſi titillantium. Idem de Finibus bonorum & malorum: Si ea voluptas eſſet: quæ quaſi titillare ſenſus.

EXPERIENS VIR.

EXperiens vir Arator experiens, corrupto modo dicendi, id eſt, qud dicunt, Vir expertus, Arator expertus. Cicero pro Cluentio: Aulus Aurius vir fortis, & experiens. Idem in Verrem: Aliquis experiens arator. Horatius.

Et decus,& precium rectè petit experiens vir.

TANGERE DE COELO.

TAngere de cœlo, negare nemo audeat certo dicendi modo in Latinitatem introductum eſſe. Id enim ſignificat quod peruersè dicunt, fulminare. Cato de re Ruſtica: Si de cœlo villa tacta fiet, de ea verba diuina vti fiant procuret. Virgilius:

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

DARE PROMISSA.

DAre promiſſa. Eſt & hic alius perelegans dicendi modus, diſtinctus ab eo, quem antea notaui, Facere promiſſa. Nam hoc pro alio ſpondere, illud per ſe polliceri ſignificat. Catullus:

At non hæc quondam blando promiſſa dediſti?

Virgilius:

Non hæc Euandro de te promiſſa parenti
Dicedens dederam.

IN APERTVM PROFERRE.

IN apertum proferre, nil eſt aliud, quàm (vt dicunt) in publicum vulgare. Sed modus antiquus dicendi obſeruandus eſt, Cicero in Paradoxis: Hoc tamen opus vt in apertum proferas, nihi poſtulo. Horatius:

In apertum proferet ætas.

Hadriani Cardinalis, De Sermone Latino, modiſque Latinè loquendi, finis.

HADRIANI CARDINALIS S. CHRYSOGONI AD ASCANIUM CARDIN. Sancti Viti, Vicecancellarium, venatio.

DIA ſurgite, nunquid excitauit
Dudum raucisono Diana cornu?
Actutùm properate, iam parata eſt,
Et ſecum Aſcanius ſuus paratur.
Venatoribus hac die eſt eundum,
Quà ſalaria proſpicit lacunas
Claras ſulfure Tyburis ſuperbi.
His dictis iuuenum ruunt manipuli
De conclauibus omnibus frequentes.
Hic venabula, cuſpides ahenas,
Aeratas, validaſque fert bipennes,
Ille haſtilia, ferreas ſecures,
Cruda ſpicula Martis vniuerſi.
Deducunt alij canum phalanges,
Latrantes abeunt ſimul moloſſi
Mox indaginis vnicæ ſagaces.
Tollunt retia rara Muliones.
Procedit Dea proſequente magnã
Caterua, chlamydem recincta pictam
Ventilantibus aureis capillis,
Suras purpurei tegunt cothurni,
Aurata ex humero ſonat pharetra.
Iungit Aſcanius ſuas cohortes,
Solertiſſimus vnus inter omnes.
Sublimes Libycis equis vehuntur:
Aurora interea thorum relinquens,

Et iecit. Volat illa quà videri
Rictus vix poterat, ſecanſque hiatus
Per præcordia labitur. Quis vnquàm
Vati crederet? vltimos receſſus
Caudæ trans abijt, ſolumque fixit.
Procumbit quadrupes humi volutus,
Tendens ilia, calcibuſque fruſtrà
Alternis vacuas laceſſit auras.
Fumen ſanguinis vndat ex barathro
Vaſti gutturis, hiſpidaque cauda.
Dum ſpectant ſtupidi, feræque magnos
Artus, grandia & aſpera extimeſcunt
Oſſa, & ingluuiem capacis alui.
Vmbroſi nemoris fugatus antro
Ceruus, caſſibus expeditus ingens
Celſis cornibus arduus ruebat.
Septus puluerea canum corona
Saltu tranſilit vnico paludem,
Ripaque vlteriore adhuc veretur
Vertens arboream ſubinde frontem,
Dum certant properi canes natare
Summis naribus & reflant hiantes.
Volans Aſcanius leui veredo
Precatus Triuiæ perenne numen,
Inuadit iaculo, diuque librans
Iecit eminùs, hæſit impeditum
Ferrum cornibus, ac ſolo reflexa
Nequidquam ante oculos pependit haſta.
Fremens Aſcanius rapit, rotatque
Enſem fulmineum, abſciditque ab armis
Cum ceruice caput: micat per herbam,
Hic corpus, caput hic, rubet cruore
Interfuſa palus. ruunt repentè
Venantes querula procacitate,
Strataque obſtupuêre mole cerui.
Ridens Delia quid ſtupetis inquit?
Noſter Aſcanius minora neſcit.
Clamor interea tumultuantum
Circùm retia vertit ora turbæ,
Captam terribilem Hiſtricem fremebant,
Quæ roſtrum atque pedes plagis ligata

Vaſta vt planicie nihil videres
Vſquam præterea,latent ſub illis
Arbuſtra omnia,& omnis herba prorſus.
Canes interea modò has,modò illas
Paſſim cædere, nec locus cadenti eſt.
Denſo in agmine ſtant,feruntque morſus
Immotæ,ſuper ambulant moloſſi
Strage incredibili vſque ſæuientes.
Sæuitum nimis eſt,Diana clamat,
Quò tandem ruitis? redite in orbem
Palantes,neque enim expedit ferarum
Omne funditùs interit nomem,
Sad noſtro Aſcanio datum,nec vltra
Modeſtiſſimus omnium rogaret.
Cornu perſonat aureo reducens
Triumpholia caſtra,mox recenſet
Plenum ſanguinis agmen,interemptum
Nec tot millia computare poſſunt.
Implent eſſeda,conuehunt quadrigis.
Pars geſtant humeris,ſolóue raptant.
Hi ſub ponderibus gemunt iniquis.
Feruet Mulio corbaloque feruet.
Rus eſt non procul hinc penes ſacellum
Deſertæ Cereris loco remoto,
Huc armenta greges,canum labores,
Et vaſtas nemorum ferunt ruinas.
Hanc cuncti properant tenere metam,
Hàc tandem reduces ſimul quieſcunt.
Ruri ſubditus hortulus virebat,
Qualis Corycium ſenem bearet,
Et qualem Heſperides velint ſorores.
Hic inter violas Thymum Liguſtrum ,
Narciſſos,Hyacinthinoſque flores
Fons ſcatens vitreis aquis ſuſurrat.
Hunc pomeria tam beata cingunt,
Ver vt perpetuum colant,& vſque
Argutis auibus canora vernent:
Aegis Alcinoi fuiſſe credas,
Patens area propter ima fontis
Labra tenditur,hanc tegunt corymbis
Pallentes hederæ,& roſas achanti.

Flexo vimine textiles obumbrant,
Lentelilia ſubligant geniſtæ.
Sub his floribus,apparata menſa eſt,
Inſtratuſque thorus tapete picto,
Et Semyramia manu figuris
Diſtincto varijs, ſuper tapetum
Albet mappula delicatioris
Villi,Barbaricis notata punctis.
De menſis abacus nitens acernis
Pandit vaſcula Mentoris vetuſta,
Priſcorumque toreumata auiicorum.
Aetate,& facie pares miniſtri,
Nympharum Triuiæ chorum æmulantes,
Expectant thalamo beatiore
Diuam,& Aſcanium labore feſſos,
Pars ſacris adolet focis penates.
Et iam ſol medium ſecabat axem
Flammis omnipotentibus coruſcant.
Tandem numine prodeunt ſecundo.
Felici omine,quicquid eſt ferarum
Magno Pontifici dicant Iulo.
Crines ſubtilibus roſis coronant
Vnguentis Megalenſibus madentes,
Cuſtodit ſoleas puer relictas.
Sponda ſe mediam locat Diana
Gemmis ſplendidulis decora virgo,
Poſt multo Aſcanius coruſcus oſtro
Flexo poplite,ceruus miniſter
Dat ſummis digitis aquas odoras.
Mox mantilia Nympha ſubminiſtrat.
Apponunt alij nouas figuras
Extructæ Cereris,Dryas catillum
Fragrantem Ambroſia gerit Dianæ.
Poſt hanc ſyderei ferunt ephœbi
Lances ordine.Phaſiana prima eſt.
Stat Iunonis auis ſuperba cauda.
Phœnicopterus eminente lingua,
Et criſta Meleagrides rubenti,
Et pluma niuei patent olores.
Hinc albi iecur anſeris tumebat.
Hinc capo Cybeli deæ dicatus,

Perdices ſtrue maxima ferebant,
Et pulpæ melioris Attagenes.
At ſturnos inopes,grues,palumbes.
Cunctas cortis aues cocis relinquunt.
Subuectant alij ſalariorum,
Quidquid ars potuit nouare lauti.
At farcimina dant vetuſtiora.
Turget lactea ſuminis papilla,
Campano petaſone gloriantur,
Veſtino quoque caſeo intumeſcunt.
Non lucanica,non tomacla deſunt
Fracto ventre ſuis ſolo ex phaliſco,
Non deeſt oxygarum offulæ,minutal,
Liba adorea,candidæque pultes.
Conchis,Glandia,Spondyſi,Botelli,
Nec muſtacea lixulæ Sabinæ
Cerebella auium,ſalaxque bulbus,
Nec iecuſcula iuſculis odora.
Nec deſunt patinæ omnium nepotum.
Exquiruntur & omnibus popinis
Pulmentaria veſca,quæ palatum
Irritare ſaporibus putentur
Vincunt fercula cogitationem
Nec ſtylus meus explicet,nec vſquàm
Maiore in precio fuit culina.
Nuſquam prandia ſumptuoſiora.
Triumphalia erant minora multò
Nemo Pontificum dapes reponat,
Aut cœnis ſaliaribus laboret.
Ponunt mox alij maris rapinas,
Nullos Adriatici ſalis colonos,
Murenas Siculis aquis natantes.
Latum ampliſima fert patella rhombum,
Baiana oſtrea,murices,luposque,
Auratas,Acipenſeres,Scarosque,
Si ſtructoris manus erudit raptim
Cultello dirimit,ſecatque paruo.
Dum cœnat,citharis comatulorum
Et cantu vario,nouoque plauſu
Valles vndique concauæ reſultant.
Et iam prima epulas quies tenebat.

Cùm

Nux,ámygdala,pinea,atque iuglans,
Laxant caſtaneæ ſuos echinos,
Picænas quoque porrigunt oliuas.
Ollares etiam dabantur vuæ.
Ponunt frigore gratiora rapa.
Plura his & meliora,quæ ſilenter
Redundantibus ingerit caniſtris
Miris munditijs ſecunda menſa.
Exempta procul eſuritione,
Et menſis procul omnibus remotis,
Sic eſt poſt epulum locuta virgo.
Aſcani ducis optimi propago,
Ingens purpurei decus ſenatus,
Vides vt iacent in orbe cuncta,
Quæ mortalibus eſſe iam ſolebant
Vitæ præſidium laborioſæ,
Et quibus tenebris operta virtus
Paſſim calcibus improbis teratur.
Quid primum querar?ordiárve primum?
Cùm ſuperſtitio deos putaret,
Id quod quenque ſuus mouebat ardor.
Mundus artibus optimis ſcatebat.
Poſtquàm de Solymis Deus peruſtis
Veræ religionis imperator
Noſtra numina vana diſſipauit,
Et totum pedibus ſubegit orbem,
Apportans pereuntibus ſalutem,
Ius,fas,veridicas tulitque leges,
Et mores docuit bonos,ſuoque
Culpas ſanguine omnium expiauit,
Vt clauſum ad ſuperos iter pateret,
Fit mutatio numinum repentè.
Certatim properant,volantque cuncti,
Et cultus auidi nouos adorant.
Faſſi vnum coluêre.Sed quod ille
Ferre omnes voluit,tulêre pauci,
Nec omnes capiunt,quod omnibus dat,
Vt peruerſa hominum, malignaq; eſt mens,
Verſa in ſegnitiem fides.& omnis
In quæſtum pietas.Simul ſecuta
Miris illecebris placens voluptas.

Nun

Nunquam delitiæ ſuperiores,
Nunquam auaritiæ altior charybdis,
Quando ita ambitio negociata eſt?
Quando nequius,inquinatiúſve
Peccatum? Patet Ilias malorum
Grandis,fons ſcelerum ſcaturientum.
Vel gentes penitiſſimas reuiſit,
Quæ veſtro ſine numine inſoleſcunt,
Bacchanturq́ue magis mouente nullo.
Tu verò genus inclytum ſenator,
Flamen æthereæ Dialis aulæ,
Quo Reſpublica tota gloriatur,
Cuius cardine ſuſtinetur orbis,
Ne mentis propriæ inquilinus erres,
Ab omni popularitate debes
Diuinos animi auocare motus.
Nec plebecula quid miſella latret:
Sed quàm ſit fragilis,caduca,fluxa,
Et quàm lubrica vita,cogitare,
Cauſas diſcere & æſtimare rerum,
Quidnam gigneris,vnde,quò feraris.
Spem longam reſeces,vides in orbe
Nihil perpetuo tenore verti.
Si fortuna facit pecunioſum,
Nil remordeat eſſe liberalem
Scis quantum deceat potentiorem,
Vt comi domus hoſpitalitate:
Ianuis bipatentibus fatiſcat:
Laus non vltima,diſplicere nulli:
Præſtare ingenuum,facillimumq́ue.
Verbis parcere contumelioſis
Seruorum meminiſſe,qui fideles
Aduerſus fuerint,maliſq́ue rebus.
Nouit Aſcanius,quid ipſa dicam,
Nec caſus memorabimus peractos.
Quis fratrem ſine quæſtibus reuellat?
Ducem Inſubria quem tremebat audax?
Quis ſiccis poterit nepotem ocellis
Regem Parthenopeum referre?
Aerumnas tibi quis peculiares
Moerendo renouet? Satis ſuperq́ue

Deplo-

Deploráuimus iſta,dum ruebant.
Et nunc ſcis quibus erutus ruinis.
Et qui ſis modò redditus memento.
Nec tam perdita,quàm reperta cures
Per ſer qualiacunque,non pigebit.
Tot pericula ferre,tot tuliſſe.
Poſſem pluribus admonere,& vltrà
Quæ pœnæ maneant maios,docere.
Et quæ præmia debeantur illis,
Qui non corporeo obliti ſepulchro
Perſtringunt animi igneum vigorem.
Nec terræ infodiunt,datum talentum.
Ni tibi iſta domi elegantiora
Naſcerentur,& vnius deorum
Veſtris vatibus omnia explicâſſet.
Ad hæc Aſcanius refert,Diana
Syluarum & nemorum patrona virgo,
Seu Proſerpina noctibus relucens,
Seu Lucina,Hecate,vel alma Iuno,
Dictynna,aut Triuia expetis vocari,
Te quæcunque meum leuas laborem
Semper pectore conditam tenebo.
Veſper interea exiens Olympo
Nocturnis comitantibus tenebris.
Mergensq́ue Oceano caput ruebat.
Iamq́ue in faucibus atrij miniſtri
Pæana ad litui ſonum canentes
Expectant in equis heros ituros.
Lucum Delia fertur in propinquum,
Denſæ Oreades hinc & hinc ſequuntur.
Stipant Aſcanium ſuæ cohortes,
Ardentes animis redire in vrbem.

FINIS.

Mœnia,oliuiferis tumulis lætiſſima rura:
Vicina placuit Patribus recubare ſub vlmo.
Hic ſimul occurrunt equitum, peditúmque cateruæ
Vrbinate duce,illo nec melior fuit alter,
Nec pietate prior,ſed nec præſtantior armis,
Tot dotes iuueni inuidit lapidoſa podagra.
His circumſepti legionibus ordine longo
Ingredimur Peruſinam vrbem, ciuilibus actam
Euerſamque odiis,hanc tu pater optime Iuli,
In placida tandem compoſtam pace relinquis.
Non procul oppidum eſt, Fractam cognomine dicunt.
Amnis obit muros cœno,& graue olentibus vndis.
Huc vbi delati montes Eugubia tecta,
Hærentémque iugis vrbem ſuperauimus ,inde
Perpetuos colles Catiani villula ſindit:
Villula munifico non aſpernanda popello.
Hos præteruectis tumulos plebecula callem
Quæ colit anguſtum,Cali cognomine dicunt:
Occurrit facie obducta,nam tabida fertur
Infeciſſe lues , celeri pede fugimus omnes.
Hinc ad aquas Lanias perreximus, vnde Metaurus.
Confuſus Gauno Foruli ſpectacula præbet.
Eſt operæ precium verſu deſcribere mirum
Naturæ ludentis opus,ſtant vertice ad auras
Hinc atque hinc montes prærupti flumine ſubter
Secretis labente viis, vt fumus ab imis
Surgat aquis,latéque fluant aſpergine cautes.
Rupis ad extremum leua venientis ab vrbe
Porrigitur molis dorſum,qua ſemita nulla
Nulli aditus quondam,nec erat via peruia cuiquam.
Cæſar inacceſſam patefecit Titus, & illam
Quantum acie poſſunt oculi ſeruare cauauit,
Inſcripſitque fores, & adhuc veſtigia vtrunque
Limen habet,ſcabro & fragili vix cognita topho,
Sunt ſoliti hac camera multi latitare latrones,
Exceptóſque viatores demergere in amnem,
Repſimus è crypta,atque anguſta fauce viritim
In campos Vbalde tuos , hinc imus in vrbem,
Vrbinum dixêre patres tua regia tecta
Ardua,quæ ſaxo colitur macerata vetuſto,
Hinc petitur,vicoque breui ſuccedimus,inde

Scandimus excelſas nimboſa cacumina pennas
Diue Marine tuas, tumidi hîc ſubſidere montes
Incipiunt, ſuperoque mari conſternere littus
Planiciem ingentem terris, opibúſque ſuperbam,
Gallia quæ fluuio Rubicone comata pateſcit.
Italiæ hîc finis quondam, nunc omnia miſcet
Efferа Barbaries, antiquáque nomina vertit.
Sauignana vocant pinguiſſima rura coloni.
Huc madidi multóque luto, feſſíque venimus.
Progreſſi meliore via, cœlo grauiore
Cæſenam intramus, culices auertere ſomnos
Omnibus, & variis vultus maculare figuris,
Pompili, Liuíque forum diuertere cogunt:
Terra ferax, populúſque ferox, ac cæde frequenti
Terribilis, ſemperque furens ciuilibus armis.
Vtter quinque dies abierunt, Liuia tecta
Linquimus, atque iterum montes iubet ire per altos
Iulius, & caſtri ad leuam iuga viſere Cari.
Imus præcipites per mille pericula rerum
Turrigeráſque arces, rupes, & inhoſpita ſaxa
Apenniuicolæ accurrunt, viſoque Senatu
Reptantes genibus per humum noua nomina adorant:
Mudiana iacet vaſto depreſſa barathro
Accola torrenti, truncis, ſalebríſque fragoſo:
Hanc terram pedibus celſo de monte ruentes
Prendimus & placido curamus corpora ſomno.
Poſtera lux alios ſcopulos, cœloque propinquas
Nubigenáſque Alpes aperit, Marradia vulgus
Saxa vocat, ſummum excipiunt Malagia Iulum
Inde Palatiolum ſtatio oportuna labori
Hoſpitio laſſos refouet, tum fluminis arcta
Prouehimur ripa tenui diſcrimine euntes.
Eſt locus extremis in montibus aſper Hetruſcis,
Hunc dictum perhibent à tuſſi Tuſſinianum:
Huc quoque delati montes deuouimus omnes.
Orta dies latos campos, & amœna vireta
Cornelíque forum, feliciáque arua reducit.
Hic meus ortus habet ſedes Papienſis auitas
Nobilis, & clarum genus alto à ſanguine ducit.
Conſtitit hic paſtor, dum proſpicit omnia Iulus
Et belli, pacíſque ſimul dum pondera librat.

Conſilioq́ue Patrum rerum moderatur habenas.
Appulit interea Gallorum exercitus ingens.
Conſeruítque manum & muros circumſtetit armis
Felſina docta tuos:volat impiger actus ab vrbe
Nuncius, & Serram exactam pulſumq́ue Tyrannum,
Excuſſumq́ue iugum patriæ ceruicibus adfert:
Pontificem implorat feſſis incurrere rebus:
Hoc Oratores certatim ex vrbe frequentes
Expoſcunt, patriæq́ue patrem properare precantur.
Thura adolet Iulus templis,ſacríſque peractis
Tendit iter, greſſum celerans, vrbíque propinquat.
Vrbs antiqua ingens Hetruſcis regia quondam
Felſina:tum Bois fato irrumpentibus impar.
Accepiſſe nouum fertur Boionia nomen:
Verùm vbi ſunt Boi Romano milite pulſi,
Barbariem excuſſit, cœpítque Bononia dici:
Subditur ad Boream radicibus Appennini,
Planicie acliui,procumbens ſolis ad ortus.
Inter aquas Sabinæ, & Rheni, quarum vtraque in vrbem
Ducta vehit,reuehítque rates, piſtrinaq́ue verſat.
Aemiliæ decus,& belli,paciſq́ue patrona:
Diues opum variarum,& nullius indiga cultus,
Muſarum domus, atque omnis nutricula iuris.
Iamq́ue dies aderat, mediúmque vehebat ad axem
Omnia conſpiciens Phæbeæ lampadis aſtrum:
Obſedere Patres maioris limina portæ,
Qua modò Felſinea paſtor requieuerat æde:
Porticibúſque amplis expectant numen Iuli.
Tandem de thalamo ſella ſublimis eburna,
Geſtatúſque hominum ſcapulis, longo agmine prodit,
Cui trabea ex auro gemmis, oſtroq́ue coruſcat:
Tempora conchili fulgent redimita tiara.
Progreditur procerum legio tua Felſina proles:
Aeratæq́ue ruunt acies,clypeataq́ue circùm
Agmina funduntur,placidos dat Curia greſſū
Aequati ſpaciis omnes,& veſtibus omnes.
Purpureiſq́ue Patres tecti capita alta galeris:
Obuia quæq́ue oculis perſtringunt numinis inſtar,
Viſendi ſtudio effuſi iuuenéſque ſenéſque,
Et matres, puerique ſimul tecta omnia complent,
Culminibúſque aſtant,portiſq́ue & turribus hærent,

HADRIANI

CARDINALIS

MODI LATINE' LOQVENDI, ordinatè Italicis elocutionibus, ab Horatio Tuſcanella, & Gallicis, à Gallo quodam illuſtrati.

ABdere ſe ſe rus. Andarſi à ſtare in Villa. *Se retirer aux champs pour y demourer.* folio 63.

Abdere ſe in intimum aliquem locum. Ritirarſi più à dentro di qualche luoco, che ſi può. *Se retirer en quelque lieu bien au dedans. ibid.*

Abdere ſe domum. Andarſi in caſa. *Se retirer en la maiſon. ibid.*

Abdere ſe in proximas ſyluas. Porſi nelle ſelue vicine. *Se retirer es prochaines foreſts. ibid.* Ne i quali eſſempi ſi vede da quel marauiglioſo ſecolo; eſſere ſtato vſato *abdo* con l'accuſatiuo; & per altro, che per naſconderſi.

Abdere ſe tectis. Starſi in caſa. *Demourer en la maiſon. ibid.* Oue quei, che ſeguirono dapoi vſarono l'ablatiuo.

Ablegare aliquem hinc peregre. Fare andare alcuno lontano di qui per torſelo de gli occhi. *Ennoyer quelqu'vn d'icy bien loin, pour s'en depeſcher.* 53.

Ablegare aliquem ab aliquo loco. Scacciare alcuno di qualche luoco, come in bando per che *ablego, ablegas* è vſato da i buoni autori, per cacciar quaſi in bando, & per torſi da gli occhi; ò leuarſi dal coſpetto alcuno. *Chaſſer quelqu'vn de quelque lieu, & comme le bannir.* 54.

Ab ineunte ætate. Da fanciullezza. *Des l'enfance.* 110.

Abeſſe biduì. Eſſer lontano per lo ſpacio di due giorni. Qui ſi vede *biduì*, non

biduo, *ne de per biduũ. Eſtre abſent, pour deux iours.* 72.
Abeſt quid huic homini? Che manca à queſto huomo, & ſta meglio, che dir *deficit, deeſt. Que defaut il à ceſt homme?* ibid.
Abhinc trienniũ. Già tre anni. *Abhinc*, qui è con l'accuſatiuo. *Depuis trois ans.* 56.
Abhinc centum annis fuiſſe. Eſſere ſtato già cento anni. Qui, *abhinc*, è con l'ablatiuo. *Depuis cent ans.* ibid.
Acquieſcere in bonis alicuius. Prender riposo ne i beni d'alcuno. *Se repoſer aux biens d'aucuns.* 66.
Acquieſcere in aliqua arte. Prender piacere di qualche arte. *Se plaire en quelque art.* ibid.
Acquieſcere litteris alicuius. Vſcir di dubbio per le lettere di alcuno. *Sortir de doute par le moyen des lettres d'aucun.* ibid. b. In queſti eſſempi di quei candidi Scrittori antichi ſi vede *acquieſcere*, nõ per acconſentire: ma per prẽder riposo: per prender piacere per vſcir di dubio.
Acutum cultrum habere. Hauere vn coltello bene affilato. *Auoir vn conteau bien affilé.* 75.
Accedere ad matris mammam. Accoſtarſi alla mammella della madre. *Venir à la mamelle de la mere.* 69.
Acta atas. I tempi paſſati. *L'âge paßé.* 109.
Accipere binas literas eodem exemplo. Hauer due mani di lettere d'vn medeſimo tenore. *Receuoir deux paires de lettres, de meſme teneur.* 69.
Acceptum referre. Porre al libro dello hauere. Far creditore: Mettere prima ciò che s'ha hauuto da alcuno. Far prima creditore. *Coucher ſur le liure de recepte: Faire crediteur.* 34. 35 36.
Acceptum referre. Tranſlatiua mente ſignifica: Conoſcer da alcuno qualche beneficio: Predicar d'hauer hauuto qualche bene d'alcuno: & dopo di ſe ricerca il datiuo. *Par figure, cognoiſtre auoir receu quelque plaiſir d'aucun.* 38.
Accipere vulnus. Eſſer ferito. *Eſtre bleßé.* 57.
Accipere plagam. Eſſer ferito. *Receuoir playe.* 58.
Accipere cladem. Hauer qualche rotta. *Receuoir perte en route.* ibid.
Accipere iniuriam. Eſſere ingiuriato. *Receuoir iniure.* ibid.
Accipere hoſpitio. Albergare. *Leger.* 59.
Acceptus malè. Mal trattato. *Mal traitté.* ibid.

Accipere conditionem. Accordarſi. *S'accorder.* *ibid.*
Accipere detrimentum. Hauer danno. *Receuoir dommage.* *ibid.*
Accipere dolorem. Addolorarſi. *Se douloir.* *ibid.*
Accipere beneficium. Eſſer beneficiato. *Receuoir plaiſir.* *ibid.*
Adijcere oculum puellæ. Por l'occhio adoſſo ad vna giouane. *Regarder vne fille.* 73.
Ad verbum. Di parola in parola. Et non, *de verbo ad verbum.* *De mot à mot.* 72.
Ad vnum. Fino ad vno. Et non, *vſque ad vnum.* *Iuſques à vn.* *ibid.*
Adhæreſcere ad columnam. Appogiarſi à vna columna. *Se tenir & appuyer à vne colomne.* 67.
Adrepere ad aliquid. Andar à qualche coſa. *Aller à quelque choſe.* 69.
Aduerſaria. Libro nelquale ſi ſcriuono in confuſo le partite. *Papier des parties.* 64.
Adiungere animum ad aliquod ſtudium. Dilettarſi di qual che ſtudio. *Appliquer ſon eſprit à quelque eſtude.* 68.
Ad rem pertinet: ad rem facit. Fa al propoſito. *Il vient à propos.* 274.
Ad tempus. A tempo. *A temps.* 250.
Ad manū eſſe. Eſſer in pronto, come ſe ſi teneſſe con mano. *Auoir en main.* 127.
Admouere manus. Metter le mani. *Mettre les mains.* 181.
Ad pedes deſilire. Smontar da cauallo. *Deſcendre de cheual.* 217.
Adſcribere. Sottogiungere à quello, che s'è ſcritto. *Eſcrire au deſſouz.* 77.
Ad exemplum: ad exemplar. A ſimilitudine. *A l'exemple.* 139.
Aduerſus animi ſententiam. Mal grado. *Malgré.* 108.
Adulta ætas. La giouentù. *La ieuneſſe.* 111.
Aedificare nauem. Far vna naue. *Faire vne nauire.* 105.
Aedere ſpiritum. Morire. *Mourir.* 118.
Aedere ſcelus. Far ribarderia. *Faire meſchanceté.* *ibid.*
Aedere ſtragem. Far ſtrage. *Maſſacrer.* *ibid.*
Aedere nomen. Dar nome. *Nommer.* *ibid.*
Aedere ſonos. Proferire. *Proferer.* *ibid.*
Aedere riſus. Ridere. *Rire.* 120.
Aedere fætus. Produr frutto. *Produire fruict.* *ibid.*
Aedere librum. Publicar vn libro. Mandare in ſtampa, fare ſtampare vn libro. *Mettre vn liure en lumiere.* 118.
Aedere ſcriptum. Fare ſcritto. *Faire vn eſcrit.* 119.
Aedere prælium, pugnam. Cō-

battre, guerreggiare. *Cõbatre.* *ibid.*
Aedere clamorem. Gridare. *Crier.* *ibid.*
Aedere munus gladiatorium. Eſſere ſchermitore. *Faire eſtat d'eſcrimeur.* *ibid.*
Aedere exemplum auaritia, & ſeueritatis. Dare eſſempio d'auaritia, & di ſeuerita. *Donner exemple d'auarice & de ſeuerité.* *ibid.*
Aedere iudicium. Far ſentenza. *Donner ſentence.* 120
Affectum grauiter videre aliquem. Vedere alcuno ſtar male di pericolo. *Voir aucun en mauuais poinct & danger.* 64.
Affecta vires corporis. Forze del corpo guaſte. *Forces du corps debilitees.* *ibid.*
Afferre manus. Battere, ferire ammazzare. *Batre, bleſſer, tuer.* 178.
Agere iniuriarum. Litigar d'ingiurie riceuute. *Plaider pour auoir receu iniure.* 76.
Agere ad præſcriptum. Far ſecondo il commãdamento. Far ſecondo la legge data. *Faire ſelon la charge & commandement.* *ibid.*
Agere ætatem. Viuere. *Viure.* 111.
Agere vitam. Viuere. *Viure.* *ibidem.*
Aliud alicui reſpondere, ac rogat. Non reſpõdere à propoſito di quello, che alcun demanda. *Ne reſpondre à propos de ce qu'aucun demande.* 38.
Alio modo, ac nunc agendum eſſet agere. Far altrimenti di quello che ſi doureebbe fare. *Faire autremẽt que l'on ne deuroit faire, pour le preſent.* *ibid.*
Aliud alicui, ac aliis videri. Eſſer di opinione diuerſa da gli altri. *Eſtre d'opinion contraire aux autres.* *ibid.*
Alia ratione, ac reliqui bellum gerere. Tener diuerſa maniera da gli altri in guerregiare. *Faire la guerre autrement que les autres* 39.
Aliam ſuam, ac aliorum cauſſam eſſe. Eſſer diuerſa la cauſa ſua dall'altrui. *Auoir autre cauſe que les autres.* *ibidem.*
Alio ingenio eſſe, atque alius. Eſſer d'altra natura, che alcuno non è. *Eſtre d'autre nature qu'vn autre.* *ibid.*
Alium cenſere eſſe aliquem, atque olim. Tener alcuno per altro huomo di quello, che era. *Tenir aucun pour autre qu'il n'eſt* *ibid.*
Aliorſum atque aliquis fecerit accipere. Prendere in altra parte quello, che alcuno ha fatto. *Prendre en autre par qu'il na eſté fait.* *ibid.*
Aliud alius honeſtum indicauit, atque ego exiſtimaui. Altri ha tenuta per honeſta coſa quella, ch'io mai

mai non ho giudicata tale. *Vn autre a eſtimé hõneſte ce que ie n'euſſe iamais penſé tel.* 41.

Aliud eſſe atque hoc. Eſſer diuerſa alcuna coſa da queſta. *Aucune choſe eſtre differente à cecy.* ibid.

Aliam ſententiam dicere, atque alij dixerunt. Dire altra opinione diuerſa da quella, ch'altri s'hanno detta. *Dire autre opinion que les autres* ibid.

Alio nomine aliquid appellari, atque alij dicat. Chiamarſi con altro nome alcuna coſa di quello che alcuni affermano. *Appeller quelque choſe autrement que les autres.* ibid.

Alia ratione eſſe bellum gerendum, atque antea geſtum. Far meſtiere di tenere vn'altro ordine di guerra diuerſo da quello, che per l'adietro s'è tenuto. *Eſtre beſoin faire la guerre autrement que par le paſſé.* ibidem.

Aliud ſibi capiendum conſilium, atque antea. Conuenirgli prender altro conſiglio di quello, che s'ha tenuto pel paſſato. *Qu'il luy faut prendre autre conſeil, qu'il n'a pris par le paſſé.* ibi.

Aliam nauigationem in concluſo mari atque in apertiſſimo. Nauigarſi altrimenti in ſtretto mare di quello, che ſi fa in larghiſſimo. *Que l'on nauige autremẽt en mer eſtroite, qu'en vne fort large.* 42.

Aliquo verſum. Verſo qualche luoco. *Vers quelque lieu.* 267.

Aliquanto ſecus, atque in tradenda arte. Vn poco diuerſamente dal modo tenuto in inſegnar l'arte. *Vn peu autrement, qu'à enſeiner l'art.* 41.

Aliter eſt amicus, atque amator. E differenza tra l'amico, & l'innamorato. *Aliter,* con, *Atque. Il y a difference entre l'amy & l'amoureux.* 42.

Aliter olim, ac nunc. Altrimenti già di quello, che s'uſa adeſſo. *Autremẽt le temps paſſé, que maintenant.* Qui è aliter, con, *Ac.* ibid.

Aliter atque quis oſtenderat facere. Fare in altra guiſa di quella, che alcuno haueа moſtrato. *Faire autrement qu'aucun auoit monſtré.* 43.

Allegare aliquem ad aliquod negotium. Mandare alcuno, come ambaſciatore di qualche coſa priuata, ò di poca importanza: perche *allegare* è vſato da i buoni autori; per mandare à fare ambaſciata priuata; ò negocio priuato, & di poca importanza. *Enuoyer aucun à quelque affaire de*

peu d'importance. 52.

Alterum tantum auri non meream. Nō meriterò altretanto oro. *Alterum tantum* è vn bel modo di parlar latino. *Ne meritoy-ie Vne autrefois autant d'or.* 49.

Altero & vigeſimo die (vt dicebat) reddidit. Le conſegnò a i ventidue, comedicea. Coſi latinamente ſi dice; che ſi diceſſe, *vigeſimo ſecundo die. Il conſigne le vingt & deuxieſme iour.* *ibidem.*

Alterum ad cauponem diuertiſſe, ad hoſpitem alterum. Vno eſſere andato all'oſteria; l'altro da vn ſuo amico. Il primo, *alterum* qui è poſto in luoco di, *vnum*; & elegantemente, perche non ſi dice ſempre, *vnum*, & *alterum*: o vero, *primum & alterum*: ma alcuna volta ſi ſuol dire, *alterum*, & *alterum*, in vece d'ambedue. *L'vn eſtre allé à l'hoſtellerie: l'autre chez vn amy.* 50.

Alter quiſquam. Alcuno altro. *Aucun autre.* 189.

Amicior mihi nullus viuit, atque is eſt. Non ho il maggiore amico di coſtui. comparatiuo con atque. *Ie n'ay point plus grand amy que ceſtuy là.* 41.

Amabo mea dulcis Iſiphilla. Di gratia la mia dolce Iſiſilla. *De grace ma bien aimé Iſiphile.* Quanto gratioſamente ſia vſata la voce, *amabo*, vedi. 62.

Amabo te mi frater. Se tu mi vuoi bene fratel mio. *Si vous m'aimez mon frere.* Quanto leggiadramente ſia poſta la voce *amabo*, con *te*: vedi. *ibid.*

Amare aliquem multum: & amare aliquem valde. Amare alcuno multo. Queſti modi di dire ſono puriſſimi. *Aymer beaucoup aucun.* 66.

Amare vt cū maxime Amare quanto ſi più il più. Amarē ſopra modo. *Aymer extremement.* *ibid.*

Amplius ſont ſex menſes. Sono più di ſei meſi. *Il y a plus de ſix mois.* 54.

Amplius ſex millia hominum capta. Furono preſe più di ſei mille perſone. *Plus de ſix mille hommes furēt prins.* In queſti eſſempi, *amplius* è congiunto col nominatiuo. *ibid.*

Amplius horas quatuor fortiſſimè pugnare. Valoriſſimamente combattere più di quattro hore. *Combatre vaillamment plus de quatre heures.* *ibid.*

Amplius annos. xxx. Più di trenta anni. In queſti due eſſempi ſi vede *amplius* con l'accuſatiuo. *Plus de trente ans.* *ibid.*

Amplius quadraginta diebus manere. Starci più di quaranta giorni. *Demeurer plus de quarante iours. ibid.*
Amplius duabus horis. Più di due hore. In queſti due eſſempi, *amplius* è congiunto con l'ablatiuo. *Plus de deux heures. ibid.*
Anteuertere. Mettere innanzi, quello che va da poi. *Mettre deuāt ce qui va derriere.* 209.
Animi cauſſa. Per ſpaſſo. *Pour plaiſir.* 73.
Animo preſenti. Valoroſamente. *Courageuſement.* 76.
Anno trigeſimo altero, quam condita Roma erat. Trentadue anni doppo la edification di Roma. *Trente deux ans apres l'edification de Rome*. Che così latinamente non ſi farebbe detto: *trigeſimo ſecundo.* 49.
Applicare ſe ad aliquem. Andar da alcuno. *Aller à aucun.* 69.
Appoſitè dicere ad perſuaſionem. Dire in maniera atta à perſuadere. *Dire bien pour perſuader.* 67.
Appoſitus homo ad aliquid. Huomo ſufficiēte à qualche coſa. *Perſonnage ſuffiſant à quelque choſe ibid.*
A principio, ab initio, à primo, principio, initio, primo. Premieramente. *Premieremēt.* 74.
Atque, vt vnum quemque ve-ſtrum laborare. Affaticarſi, quanto alcuno di voi. *Trauailler autant qu'aucun de vous*. Qui, *atque* è congiunto con, *vt.* 44.
Aes alienum. Debito. *Debte.* 124.
Aeque quis miſer, ac ego? Chi è così infelice, come ſon'io? *Qui eſt ſi infortune que moy?* Qui, *aque* è congiunto con, *ac.* 44.
Atque poſthac, atque illum dictatorium gladium pertimeſcamus. Da qui innanzi lo temeremo tanto, quanto quella ſpada Dittatoria. *D'orenauant nous le craindrons autant que l'eſpée du Dictateur*. Qui, *aque*, congiunto, con *atque. ibid.*
Aeque ridiculus nullus eſt, quam dum eſurit. Niuno è tanto ſchernito, quanto quando non ha da mangiare. *Nul n'eſt tāt ridicule que quand il a faim*. Qui, *aeque*, è congiunto con, *qua. ibid.*
Aequi bonique facere Prendere in buona parte. *Prendre en bonne part.* 124.
Arbitratu meo. A mio modo. *A ma fantaſie.* 73.
Aſpicere ad aliquem. Andar da alcuno. *Regarder a aucun.* 69.
Aſpirare non poſſe. Non potere arriuare. *Ne pouuoir arriuer.* 63.
Aſpirare aliquò naues. Le naui toccar

toccar qualche luoco. *Le nauire toucher & aborder quelque lieu.* *ibid.*

Aſpirare ad aliquem. Andar à trouare alcuno. *Aller trouuer aucun.* *ibid.*

Aſpirare ad laudem non poſſe. Non potere ottenere laude. *Ne pouuoir obtenir louãge* In queſti eſſempi ſi vede candidamẽte eſſer poſto, *aſpirare*, per arriuare, per toccare, per andare a trouare, per ottenere. *ibid.*

Aſſignare aliquid alicui. Imputare alcuno di qualche coſa. *Imputer à aucun quelque choſe.* 72.

Aſſignare agros alicui. Dare il poſſeſſo de i campi ad alcuno. *Mettre aucun en poſſeſſion des champs.* *ibid.*

Aſſumere ſibi aliquid. Attribuir ſi qualche coſa: vſurparſi qualche coſa. *S'attribuer quelque choſe.* 245.

At tibi Dij omnes benefaciant. Dianti tutti i Dei ogni bene. *Tous les Dieux te faſſent bien.* Qui *at*, moſtra deſiderio. 71.

At at meus hic quidem pater eſt. O o queſto è mio padre. *Ho ho celuy là eſt mon pere* Qui, *at*, raddoppiato, ſcuopre mariuiglia. *ibid.*

At, quem virum? Huomo di che ſorte? *Mais quel homme?* Qui, *at*, con merauiglia interrogando lauda. *ibidem.*

At videte hominis impudẽtiam atque arrogantiam, iudices. Di gratia giudici vedete vn poco la coſtui preſonrione, arroganza. *Mais voyez vn peu, meſſieurs la preſumption & arrogance, de ceſt homme.* *ibid.*

At, quid eſt, quod de hoc dici poſſit? Ma che ſi può dir di queſto. *Mais que peut on dire de cela?* Qui, *at*, ſemplicemente interroga. *ibid.*

At diligẽter. Lo farò diligentemente. *Mais diligemmẽt.* Qui, *at*, afferma. *ibid.*

At poſtridie, ſi non eodem die. Se non il medeſimo giorno: almento il ſeguente. *Au moins lendemain, ſi n'eſt le meſme iour.* *ibid.*

Atque adeo noſtro. Più toto noſtro. *Plutoſt noſtre.* Qui, *atque adeo*, ſignifica, più toſto. 51.

Atque adeo nunc haud parum ſitio. Ancora, adeſſo ho molta ſete. *I'ay encore à preſent grande ſoif.* Qui, *atque adeo.* ſignifica, ancora. *ibid.*

Attentare, Tentare: inganneuolmente cercare. *Taſcher finement.* 253.

Attrectare nefas. Non è lecito maneggiare. *Il n'eſt permis manier. Attrecto* particolarmente ſerue alle coſe ſacre. 76.

Attribuere aliquid alicui. Imputare alcuno di qualche coſa.

coſa. *Attribuer quelque choſe à aucun.* 60.
Autem, con che gratia s'vſi, vedi à. 74.

B

Barbarum: Significa non ſolamẽte tutti da Greci in fuori: ma foraſtiere, ſtraniere, peregrino. *Il ſignifie tout eſtranger.* 77.
Beneuertat. Faccia Dio, che ſucceda bene. *Qu'il ſuccede bien.* ibid.
Bene cadere. Succeder bene. Accader bene. *Succeder bien.* ibid.
Bene audire. Dirſi bene di lui: Hauer buona fama. *Auoir bon bruit.* 78.
Bene habere. Star bene: eſſer ſano. *Se porter bien.* ibid.
Bene mane. La mattina à buon'ora. *De grand matin.* ibid.
Bis tanto valeo, quàm valui prius. Vaglio due volte tãto di quello, ch'io valea prima. Bis tanta, è latiniſſimo modo di dire. *Ie vauz deux fois autãt, qu'au parauant.* 49.
Bona pars Vna buona parte. *Vne bonne partie.* 78.
Bono eſſe. Tornare ad vtilità. *Torner à profit.* ibid.
Boni conſulere. Giudicar coſa buona. Far buon giudicio. Far buona ſentenza. *Auoir bonne opinion & iugement de quelque choſe.* 79.

C

Cadere cauſa. Perder la lite. *Perdre la cauſe.* 89.
Capiti veſtro. Sia ſopra di voi. *Soit ſur vous.* Sia ſopra la vita voſtra. 79.
Capita rerum. Pricipij delle coſe. *Principes des choſes* 80.
Caput eſſe rei frumentariæ. lui raccorſi più frumẽto, che in altri luochi. *Que là viẽt plus de bled qu'en autre lieu.* ibidem.
Capite aperto. Senza niente in teſta. *La teſte nue* ibid.
Capite obuoluto. Incappuzato. Cõl capo coperto. *La teſte converte.* ibid.
Cedere vita. Morire. *Mourir.* 88.
Cedere patria. Partir dalla patria. *Partir du pais.* ibid.
Centeſima lux eſt hac ab interitu P. Clodij, & opinor altera. Penſò, che dalla morte di Clodio fin'ora ſiano paſſati cento, & due giorni. *Ie penſe qu'il y a cent & deux iours que Clodius eſt mort.* Che non ſarebbe ſtata coſi buona latinità: *centeſima ſecunda.* 49.
Certos homines mittere. Mandar meſſi à poſta. *Enuoyer certains hommes expres.* 87.
Certi homines. Huomini fidati. *Certains hommes.* ibid.
Certum habere. Tener per certo. *Tenir pour certain.* 274.
Certum ſcire: certo ſcire. Saper
di

di certezza. *Sçauoir certainent.* *ibid.*
Cohortem laudare. Laudar la corte di quelche perſonaggio. *Eſtimer la court de quelque perſonnage.* Qui la voce, *cohors*, ſignifica corte d'huomo primario; & non ſolamente la compagnia di ſoldati; come altri ſi crede. 89.
Commode cadere. Accadere bene. Succeder bene. *Succeder bien.* 86.
Commodum diſcedere. Partire à tempo; vtilmente. *Partir à propos.* *ibid.*
Cõfectus ætate. Vecchio. *Vieil, âgé.* 119.
Confertim. Vninamente: riſtrettamẽte. *Enſemble, vniement.* 103.
Confertum. Speſſo: inſpeſſito: vnito. *Vny, amaſſé.* *ibid.*
Confeſtim, vt quis fuerit aliena tus, poſſe petere. Potere addimandare ſubito, che alcun ſarà alienato. *Pouuoir demander, ſi toſt qu'aucun ſera aliené.* Qui è *confeſtim* congiunto con. *vt.* 44.
Confirmare, quando parliamo di ſanità, ſignifica, ricuperare le forze. Ringagliardire. *Recouuer forces.* 89.
conducere. Fare intẽdere. Dar termine. Deliberare: & gli antichi vſauano queſto verbo ſpecialmente nelle cene. *Faire entendre: donner terme: deliberer.* 87.
Conſcendere: aſſolutamẽte: & *conſcendere naues*: & *conſcendere nauibus.* Significa. Imbarcare. Montare in naue. *S'embarquer.* 83.
Conſentire cum aliqua re. Accordarſi con qualche coſa. *S'accorder à quelque choſe.* 87.
Conſequi aliquem. Arriuare ad alcuno. Peruenire ad alcuno. *Paruenir à quelqu'vn.* 85.
Continere manus. Raffrenar l'impeto dell'animo. *Refrener le courage.* 180.
Contra ac aliquis dicit eſſe omnia. Eſſer tutto il contrario quello, che alcun dice. *Eſtre autrement qu'aucun ne dit.* Qui, *Contra* è con, *Ac.*
Contra atque dictum aliquid committere. Far qualche coſa contraria à quello, che s'e detta. *Faire quelque choſe contre ce qui a eſté dit.* Qui, *Contra* è con. *Atque.* 43.
Contra quàm ſcriptum ſit aliquid probare. Prouar contra à quello, che è ſtato ſcritto. *Prouuer contre ce qui a eſté eſcrit.* Qui, *Contra* è con, *Quàm.* *ibid.*
Conturbare. Fallire. Far reſtare ingannato il creditore. *Faire demourer le crediteur trompé.* 82.
Contendo, è il contrario di remitto;

mitto; & ſtà per diſtirare, per diſtendere, come ſi farebbe vna fune. *Le contraide laſcher.* 269.
Corrumpere frumenta. Rodere i frumenti. *Ronger les bleds.* 84.
Corrumpere equos. Perdere i caualli. *Perdre les cheuaux.* 45.
Corrumpere tabulas. Rompere le tauole. *Rompre les tables.* *ibid.*
Corrompere igni. Diſtruggere con fuoco abbruggiare. *Bruler.* In queſti eſſempi ſi vede, che *corrumpo* non ſtà ſolamente per macchiare, & per contaminare, ò vitiare: ma anco per diſtruggere, rompere, rodere, perdere. *ibid.*
Crepare, con l'accuſatiuo ſignifica parlare, prædicare. *Parler.* 90.
Cum aliquo eſſe. Eſſere in caſa di alcuno. *Eſtre auec aucun.* 80.
Cum dentes exciderunt non diu eſſe, Non eſſer troppo, che i denti gli ſono caduti. *Ny auoir long temps que les dents luy ſont tombees.* Qui *Cum*, è per che. *ibid.*
cum grauiter gemes, veniet tempus. Verrà tempo, quando ti conuerrà gemere amaramẽte. *Le temps viendra que tu gemiras amerement.* Qui *cum* è per quando. *ibid.*

D

Dare manus. Arrenderſi. *Se rendre.* 17.
Dare vitio: dare crimini. Incolpare. *Accuſer de faute.* 95.
Dare pignori. Impegnare. *Engager.* 96.
Dare bibere. Dar bere. *Donner a boire.* 102.
Dare negotium. Commettere: dar commiſſione: dar carico. *Donner charge.* 104.
Dare pœnas. Far penitenza. *Faire penitence.* *ibid.*
Dare auribus. Adulare: dar paſto di parole: ſecondar di parole. *Flater repaiſtre de paroles.* *ibid.*
Dare ſe in pedes. Metterſi à fuggire. *Fuir.* *ibid.*
Dare ſe in viam. Apparecchiarſi à far viaggio. *Se mettre en chemin.* *ibid.*
Dij meliora. Gli diano i Dei di meglio. *Dieu enuoye mieux.* 105.
Dij ſiant. Voglia Dio. *Dieu vueille.* 104.
Dare, legare. Laſciar in legato. *Donner leguer.* 268.
Dare preſtare. Dare ad impreſto. *Donner bailler.* *ibid.*
Dari fieri volo. Voglio, che ſia dato, & fato. Oue ſi vede *dari fieri*, ſenza copola per leggiadria. *Ie veux que long donne & faſſe. ibid.*
Dare promiſſa. Far promeſſe; promettere. *Promettre.* 276.
De die. Di giorno. *De iour.* 182.

De nocte. Di notte. *De nuict. ibidem.*

*Deſpero,*ora è attiuo ſemplice,& allora forma il paſſiuo *deſperor. Ie n'ay point d'eſpoir.* 243.

Deducere: tragli altri ſignificati ſtà per menar à caſa ſpoſa; ò amica. *Mener l'eſpouſe en la maiſon.* 98.

Deducere aliquem. Accompagnare alcuno à caſa. *Accompagner aucun en la maiſon. ibid.*

Deducere. Sottrarre. Verbo pertinente ab abachiſti. *Souſtraire.* 99.

Deducere. Tor di propoſito. *Oſter de propos. ibid.*

Deorſum verſum. Verſo il luoco da baſſo. *Contre bas.* 267.

Degere ætatem. Viuere. *Viure.* 111.

De meliore nota commendare. Raccommodar caldamẽte,di fino inchioſtro. *Recommãder de fin ancre.* 105.

De aliquo aliquid emere. Comparar qualche coſa da alcuno. *Acheter quelque choſe d'aucun.* Qui,*de,* ſignifica, da. 90.

De multa nocte. De grand hora di notte. *De grãde nuict: auant en la nuict.* Qui, *de,* ſignifica,a. 91.

De prandio. Dopo deſinare. Qui,*de,* è per dopo. *Apres diſner. ibid.*

De vento miſerè condolere caput. Doler grandamente il capo per lo vento. *La teſte faire grand mal à cauſe du vent.* Qui, *de,* ſtà per,per. *ibidem.*

De nocte vigilare. Vegliare la notte. *Veiller de nuict.* Qui, *de,* è per l'articolo,la. *ibid.*

De pace ad aliquem mittere. Mandare à trattar pace cum alcuno. *Enuoyer traitter la paix auec aucun.* Qui, *de,* è per à. *ibid.*

De media nocte. In ſu la meza notte. *Sus la my-nuict.* Qui, *de,* ſignifica in ſu. *ibid.* In queſti eſſempi ſi vede quanto ſia bella & leggiadra la varietà della propoſitione *De.*

Deferre nomen alicuius. Querelare alcuno. *Rapporter le nom d'aucun, pour crime.* 100.

Deijcere oculos. Abbaſſar gli occhi per vergogna, che ha anco queſto ſignificato. *Abaiſſer les yeux de honte.* 96.

Deſcribere librum. Copiare vn libro. *Copier vn liure.* 101.

Deſidere. Aprirſi terra, calare; ò andar al fondo qualche coſa graue. *La terre s'ouurir: couler: ou quelque choſe peſante aller au fonds.* 232.

Dicere teſtimonium, & teſtimonia. Teſtimoniare; teſtificare prouare. *Teſmoigner, teſtifier, prouuer.* 91.

Dicere

Dicere diem. Conſtituir determinato giorno al reo per che venga accuſato. *Eſtablir certain iour.* 94.

Dicere cauſam. Eſſere cōſtretto il reo à reſpondere alle accuſe. *Reſpondre aux accuſations* ibid.

Dicere ius. Amminiſtrar giuſtitia: render ragione: tener ragione. *Adminiſtrer iuſtice, rendre raiſon: tenir raiſon* ibid.

Dicere ſententiam Dare in ſuo voto ò dir la ſua opinione. *Dire ſon aduis.* ibid.

Dicere legem. Dare ordine puntalmente di quanto l'huomo vuole ſi faccia. *Donner loy.* 93.

Dicet aliquis Peraduentura alcuno mi dira. *Aucun dira.* 96.

Dicat quis. Se alcuno dira. *Si aucun dit.* 233.

Differtum. Pieno *Plain.* 103.

Diminuere caput. Romper la teſta. *Rompre la teſte.* 98.

Diminuere fores. Romper le porte. *Rompre les portes.* ibidem.

Diminutio capitis. Mutamēto del premiero ſtato. *Changement du premier eſtat.* ibidem.

Diſcedere à conditione Mutare conditione: mutare ſtato: mutar perſona *Changer de condition, d'eſtat, perſonne.* 102

Diſsimulare. Finger di non intēder quelle choſe, che ſi dicono, ò che ſi fanno. *Diſsimuler.* 105.

Diutius abeſſe, ac quis vult. Star più longo tempo lontano di quello, che l'huomo vorrebbe. *Demourer plus long temps dehors que aucun ne voudroit.* 41.

Ducere ſortem Cauare il lotto, il bulletino, lo ventura. *Tirer le ſort, le buletin.* 95.

Ducere vitam: *ducere ſpiritum.* Viuere. *Viure.* ibid.

Dum, ha mirabili concordia col verbo *expecto,* & inſieme poſti, parroriſcono eleganza belliſſima. como, *Num expectas, dum te ſtimulis fodiam?* Aſpettitu fino à che io ti ſproni? *Attens tu que ie te pique?* Vedi. 97.

E

E*Atenus.* Fino à quel tempo fino à quel termine. *Iuſques à ce temps & terme:* è ama hauer dopo di ſe ora, vt: ora, quo ad: ora, hactenus. 225.

Ecce tibi. Eccoti. *Voilà,* Qui, *ecce,* è congiunto *cum tibi,* & è poli ta maniera di dire 112.

Ecquis? Chi? *Qui?* inte rogādo è belliſſimo. 115.

Ecqua? Che dona? *Quelle femme?* ibid.

Et quod? Che coſa? *Quelle choſe?* *ibid.*
E dignitate eſſe. Eſſer di riputatione. *Eſtre de reputation.* 157.
E Republica eſſe. Tornar à vtile della Rep. *Tourner au profit de la republique.* *ibid.*
Edormire crapulam. Digerir il pacchio, il vino dormendo *Repoſer le vin.* 112.
Efferre pedem. Vſcir fuori. *Sortir.* 138.
Eo loci. Nel medeſimo luoco. nel medeſimo termine. *Au meſme lieu & terme.* 149.
Eodem vti veſtitu, atque alius. Andar veſtito, come vn altro. *Aller veſtu comme vn autre.* Qui, *idem*, è congiunto con, atque. 46.
Eodem exemplo. Di vn medeſimo tenore. *De meſme teneur.* 69.
Eſſe curæ. Hauere à cuore. *Auoir ſoing.* 106.
Eſſe voluptati. Recar piacere. *Prendre à plaiſir.* *ibid.*
Eſſe ſolicitudini. Apportar moleſtia. *Apporter ennuy.* *ibid.*
Eſſe ſolatio. Eſſer di ſolazzo. *Eſtre agreable.* *ibid.*
Eſſe lætitiæ. Dare allegrezza. *Donner ioye.* *ibid.*
Eſſe impedimento. Impedire. *Empeſcher.* *ibid.*
Eſſe lucro. Parturir guadagno *Cauſer le gaing.* *ibid.*
Eſſe damno. Danneggiare. *Endommager.* *ibid.*
Eſſe ſumptui. Eſſer di ſpeſa. *Eſtre de couſt & deſpenſe.* *ibidem.*
Eſſe ſaluti. Apportar ſalute. *Cauſer ſalut.* *ibid.*
Eſſe vſui. Eſſe reccare vtilità. *Amener profit.* *ibid.*
Eſſe honori. Recar onore. *Amener honneur.* *ibid.*
Eſſe malo. Tornare in male. *Tourner à mal.* 113.
Eſſe bono. Cadere in bene. *Tomber à bien.* *ibid.*
Eſſe numero. Eſſerne tenuto conto. *Eſtre tenu en compte.* *ibidem.*
Eſſe in oculis. Eſſerne grãdemente amato. *Eſtre grandament aymé.* 126.
Eſt quod. Biſogna. *Il faut.* 120.
Etiam. Si. *Ouy*: auerbio, che afferma. 123.
Euello, che ſtà per eſtirpare, fa nel preterito ſecondo i buoni autori, *euelli*, & non *euulſi*. *Ce verbe ſignifie arracher, extirper & fait au preterit euelli non pas euulſi.* 114.
Exacta. Coſe compiute, perfette. *Parfaites.* 106.
Exacta ætas. Vecchiaia: vecchiezza. *Vielleſſe.* 109.
Expenſum ferre. Porre al libro del dare. ouero: Mettere al libro del dare: Far debitore: Eſſer debitore. *Mettre au liure de debte: eſtre debteur.* 34.
Eſtimare capitis. Giudicar importanza della vita. *Eſtimer*

mer y aller de la vie. 114.
Eſtimare litem. Taſſar le ſpeſe di vna lite. *Taxer les deſpens d'vne cauſe.* *ibid.*
Eſtimatio litis. Taſſamento delle ſpeſe fatte litigando. *Taxe de deſpens de cauſe.* *ibid.*
Excepto. Fuori che. *Excepté, fors que.* 113.
Excipere. Significa anco dottamẽte. Far cauto. Perſcriuere. *Aduiſer, Perſcrire.* 121.
Excludi tempore: ouero, Excludi tẽporis ſpatiis. *Eſtre exclus de temps.* à eſſere impedito. 107.
Exempli cauſa. Per eſſempio. *Pour exemple.* 74.
Exhalare crapulam. Digerir l'imbriacchezzo. *Digerer le vin.* 112.
Exigere ætatem. Viuere. *Viure.* 111.
Eximere. Cauare. *Tirer.* 124.
Exſcribere leges, Copiar leggi. *Copier les lois.* 101.
Extra iocum. Da douero. *A bon eſcient.* 106.
Extra. Preſſo i buoni autori ſignifica, ſenza. *Sans.* 115.
Extrahere diem. Allungare il tempo. *Prolonger le temps.* 112.
Extrahere iudicium. Tirar la lite di termino in termino. *Prolonger la cauſe.* 60.
Ex vſu. Che ſia vtile. *Au profit.* 111.
Ex re tua. Eſſer di tua vtilità. *A ton profit.* 157.
Ex ſententia. A beneplacito. *A plaiſir.* 108.
Exanimi ſententia. Secondo il deſiderio. *Selon le deſir.* *ibidem.*
Exanimo. Secondo il giudicio: parere. *Selon l'aduis & iugement.* *ibid.*
Exaudire. Vdire: *Ouir, entendre.* Et non ottenere pregando, come alcuni ſi diedero à credere: perche preſſo i buoni autori tanto ſignifica, quanto *audio.* 117.

F

Factus ad vnguem. Fatto compiutamente. *Fait parfaitement.* 139.
Factus ad libidines. Luſſurioſiſſimo. *Tres-luxurieux.* *ibid.*
Fac eſſe. Poniamo, che coſi ſia. *Poſons le cas, qu'il ſoit ainſi.* 125.
Fac potuiſſe. Poniamo, che habbia potuto far coſi. *Poſons qu'il ait peu faire ainſi.* *ibid.*
Fac velle. Facciamo, che tu vogli coſi. *Faiſons que tu vueille ainſi.* *ibid.*
Facere damnum. Patir danno. *Souffrir dommage.* 123.
Facere facinus, ſcelus, flagitium. Far ribalderia, ſceleratezza, furfanteria. *Faire mechanceté.* *ibid.*
Facere iratum. Fare andare in colera. *Faire aller en colere.* *ibid.*

Facere ſtipendia pedibus. Far l'eſſercitio del fante à piedi. *Faire armee de pied.* 128.

Facere paruulum prælium. Fare ſcaramuccie. *Eſcarmoucher.* ibid.

Facere ſacrificium, & ſacra. Far ſacrificio. *Faire ſacrifice.* ibid.

Facere æs alienum. Far debiti: Indebitarſi. *S'endeter.* ibid.

Facere teſtamentum. Far teſtamento. *Faire teſtament.* ibidem.

Facere finem. Finire. *Finir.* ibidem.

Facere fidem. Far fede. *Faire foy.* ibid.

Facere ludos. Fare ſpettacoli; bogardi torniamẽti. *Faire ſeux, tournoys.* 129.

Facere ſcriptum. Fare ſcritto. *Faire eſcrit.* ibid.

Facere dolorem, & luctum. Dar dolore, & cordoglio. *Donner grand deplaiſir.* 129.

Facere caſtra. Accamparſi. ibid.

Facere periculum. Far la proua. *Eſprouuer: experimenter.* ibid.

Facere conuitium. Dir villania. *Dire iniure.* 130.

Facere naufragium. Rompere in mare. *Se perdre en mer.* ibidem.

Facere promiſſum. Promettere. *Promettre.* ibid.

Facere iter. Andare in viaggio. *Faire voyage.* ibid.

Facere turbas. Far rumore. *Faire bruit.* 131.

Facere verbum, & verba. Parlare. *Parler.* ibid.

Facere iuſta. Fare il ſuo debito. *Faire ſon deuoir.* 132.

Facere copiam. Dare il modo: cõcedere. *Dõner le moyen: octroyer.* ibid.

Facere nomina. Far debitori: ac quiſtarſi debitori per vſure; ò d'altro. *Faire debteurs.* 196.

Facere medicinam. Medicare. *Medeciner.* 132.

Facere iudicium. Giudicare, Far ſentenza. *Iuger.* ibid.

Facere lucrum. Guadagnare. *Gangner.* ibid.

Facere coniecturam. Congetturare. *Coniecturer.* ibid.

Facere rem diuinam. Far ſacrificio: dir meſſa. *Dire Meſſe.* 133.

Facere furtum. Rubare. *Deſrober.* ibid.

Facere rem Far robba. *Faire ſon profit.* ibid.

Facere mecum. Eſſer de la mia opinione. *Eſtre de mon opinion.* ibid.

Facere ſecum. Concorrere in opinione con lui. *Eſtre de ſon aduis.* ibid.

Facere vna. Eſſere d'vno iſteſſo parere. *Eſtre d'vn meſme aduis.* ibid.

Facere nobiſcum. Entrar nella noſtra opinione. *Eſtre de noſtre opinion.* ibid.

Facere verſus. Compor verſi:

verſeg

verſeggiare. *Verſifier compoſer vers.* 134.
Facere ſumptum. Spendere. *Deſpendre.* *ibid.*
Facere vitium. Sfenderſi:minacciar ruina:ſtar per cadere. *Eſtre preſt de choir.* *ibi.*
Facere iniuriam. Ingiuriare. *Iniurier.* *ibid.*
Facere impetum. Dar dentro: affrontare: aſſalire. *Donner dedans: aſſaillir.* *ibid.*
Facere contumeliam. Beffare, dileggiare, ſchernire. *Moquer & ſe rire d'aucun.* 135.
Facere modos. Far muſica. *Faire la muſique.* *ibid.*
Facere gratum. Far piacere. *Faire plaiſir.* *ibid.*
Facere poteſtatem. Dar libertà. *Donner liberté.* *ibid.*
Facere argentariam. Eſſere orefice. *Eſtre orfeure.* *ibid.*
Facere manum. Far ſoldati. *Leuer ſoldats.* *ibid.*
Facere vellaturam. Eſſer facchino. Viuer di noli per portar quà, & là qualche coſa. *Eſtre porte-faix, Gaigne-denier.* 136.
Facere cædem. Vccidere. *Tuer.* *ibidem.*
Facere vota. Far voti. *Faire vœuz.* *ibid.*
Facere inſidias. Cercar di tradire: tradire. *Trahir.* *ibid.*
Facere fumus. Far l'eſſequie. *Faire funerailles.* *ibid.*
Facere reum. Accuſare. *Accuſer.* *ibid.*
Facere mentionem. Far mentione. *Faire mention* *ibid.*
Facere imperata. Far quello, che gli è ſtato commãdato. *Faire ce qui a eſté commandé.* *ibid.*
Facere vindemiare. *ibid.*
Facere hæredes. Far heredi. *Faire heritiers.* *ibid.*
Ferre ad cœlum. Laudar ſopramodo. *Louer extremement.* 126.
Ferre in oculis. Amar grandemẽte. *Aimer grandemẽt.* *ibid.*
Ferre pedem. Entrare. *Entrer.* 137.
Ferre ſententiam ſecundum teſtamentum. Far ſentenzza a fauor del teſtamento. *Donner ſentence en faueur du teſtament.* 144.
Frugi. Da ciò, pro, d'eſſai. *Du bien.* Et è indeclinabile. 127.

G

Gaudere in ſinu. Viuer tacitamente contento del ſuo ſtato; & di quello, che ſi ha al mondo. Contentarſi della ſua fortuna, & conditione. *Se contenter de ſa fortune: viure content.* 142.
Generatim. Generalmente. *Generalement.* & non *generaliter*, che è vocabolo barbaro. 141.
Gratulari alicui hanc rem hac re, & de hac re. Rallegarſi

con alcuno di queſta coſa. *Se retenir auec aucun de ce cas.* 142.
Grauatè. Con diſpiciare:moſtamente. *Auec déplaiſir. ibidem.*
Grauitas loci, & cœli. Mal'acre. *Mauuais air.* 87.

H

Habeo dicere. Poſſo dire: ho da dire. *I'ay à dire.* 146.
Habeo polliceri. Poſſo promettere. *Ie peux promettre. ibid.*
Habere rationem cum aliquo. Far conto con alcuno. *Faire compte auec quelqu'vn.* 141.
Habere honorem: & habere honores. Honorare: fare hauer de maeſtrati. *Honorer: faire auoir honneurs.* 142.
Habere ſermonem. Parlare. *Parler.* 143.
Habere iter in aliquem locum. Andare à qualche luoco. *Aller en quelque lieu. ibid.*
Habere fidem verbis. Promettere la ſua fede in parole. *Promettre ſa foy de parolles. ibidem.*
Habere Senatum. Raccor cõſiglio: far conſiglio: adunar i Senatori. *Aſſembler le conſeil.* 174.
Haberem rationem alicui. Hauer reſpetto ad alcuno. *Auoir reſpect à aucun.* 145.
Haberi numero. Eſſerne tenuto conto. *Eſtre tenu en compte.* 117.
Habere quæſtui. Hauere in luoco di guadagno. *Auoir au lieu de gain.* 174.
Habere honori. Hauere in luoco d'honore. *Auoir au lieu d'honneur. ibid.*
Habere prædæ. Hauer in luoco di preda. *Auoir au lieu de butin. ibid.*
Habere voluptati. Hauer in luoco di piacere. *Auoir au lieu de plaiſir. ibid.*
Habitare in oculis. Eſſer così frequente, & aſſiduo, che paia, che ſi habiti ne gli occhi. *Voir aucun aſſiduellement.* 126.
Hactenus. Fino à qui fino a queſto termine: & ama hauer dopo di ſe l'V T. *Iuſques icy.* 225.
Haud ſecus, atque in alto loco. Come in vn gran boſco. *Comme en vn grand bois.* 41.
Hoc me mouet. queſto mi preme, queſto mi da trauaglio. *Cela me trauaille.* 147.
Hoc me non mouet. Queſto non mi piace: queſto non mi diletta. *Cela ne me plaiſt* 275.
Hoc ætatis. In quella età. Nell'eta nella qualle mi trouo. *En ceſt âge.* 149.
Homo Romanus. Romano. *Romain.* La bellezza cõſiſte nell'aggiũta di quella voce, *homo*: che adeſſo i pochi candidi laſciano

da canto. 143.

Homo Græcus. Greco. *Homme Grec.* ibid.

Homo adoleſcens. Giouanetto. *Ieune homme.* ibid.

Homo italicus. Italiano. *Italien.* ibid.

Homo nouus. Chi comincia à nobilitarſi. *Commancennt à ſe cognoiſtre.* ibid.

Homo longinquus. Di lontan paeſe. *De loin.* ibid.

Homo valens. Perſona che può più per forza; che per induſtria, & per virtù *Homme puiſſant.* 144.

Honoris cauſa. Per bonoreuolezza. *Pour faire honneur.* 74.

Honoris gratia, è il medeſimo, & nel medeſimo luoco. *Pour faire honneur.* ibidem.

I

Iacere ad pedes alicuius. Gittarſi ginocchioni dinanzi alcuno. *Se ietter à genoux deuant aucun.* 154.

Iam à pueris. Da fanciullo. *Des l'enfance.* 146.

Iam inde vſque à pueritia. Fin da picciolo. *Des l'enfance.* ibidem.

Iam inde à cunabulis. Fin da bambino. *Des le berceau.* ibidem.

Iam inde ab initio. Fin da principio. *Du commencement.* ibid.

Iam inde ab adoleſcentia. Fin quando erauamo giouanetti. *De l'adoleſcence.* ibid.

Iam inde à teneris. Fin nelle faſce. *Des l'âge tendre.* ibid.

Iam tum. Da allora fino allora. *Des ceſte heure là.* Che barbaramente ſi dice *ex tunc.* 173.

Iam nunc. Da adeſſo, da queſto tempo. *Des maintenãt.* Che i barbari dicono, *ex nunc.* ibid.

Id temporis. A tempo tale: a hora tale. *A telle heure.* 148.

Id ætatis. In tale età: coſi vecchio. *En tel âge.* ibid.

Idem eſſe Syracuſas, ac Leontinos oppugnare Eſſere vna & la medeſima coſa far guerra a i Saracuſani; come a i Leontini. *Meſme choſe, faire guerre aux Siracuſains & Leõtins.* Qui, *idem*, è congiunto con *ac.* 46.

Impingere. Lanciar nella faccia; ò ne gli occhi. *Ietter contre le viſage.* 150.

Impreſſionem facere. Fare impeto. *Se ietter de force.* ibid.

Importunus. Da non parlare *Execrable: deteſtable.* 162.

Ignis aditis ex compoſito. Fuoco artificiato. *Feu artificiel.* 119.

Imprudens legum. Che non sà di leggi. *Qui ne ſçait les loix.* 273.

Inde ab incunabilis. Fin dalla culla. *Des le berceau.* 147.

In dormire cauſa. Eſſere negligente in qualche cauſa. *Eſtre negligent en quelque choſe.* 112.
Ineunte ætate. Da fanciullezza. *Des l'enfance.* 110.
Ineunte adoleſcentia. Da giouanetti'. *De l'adoleſcence.* *ibidem.*
Ineunte Vere. In ſul principio della primauera. *Sur le printemps.* *ibid.*
Ineunte æſtate. Dal principio della ſtate. *Sur le commencement de l'Eſté.* *ibid.*
Ineunte hyeme. Cominciando il verno. *Commençant l'hyuer.* 110.
In primam diem. Fino al primo di. *Iuſques au premier iour.* 166.
In primam horam. Fino alla prima ora. *Iuſque à l'heure premiere.* *ibid.*
In hunc diem. Per queſto giorno. *Pource iour.* 163.
In hunc annum. Per queſto anno. *Pour ceſt an.* *ibid.*
In hanc horam. Per queſta hora *Pour ceſte heure..* *ibid.*
In partem iuris, atque ipſi erāt, acceperunt. Gli fecero partecipi della giuridittione, che eſſi haueano. *Ils les firent participans de la iuriſdiction qu'ils auoyent.* Qui, *In partem*, è congiunto con, *atque.* 16.
Informare. Principiare: ſgroſſare: far la forma, far la prima abbozzatura. *Commencer, faire la forme.* 158.
Inferre pedem. Entrare. *Entrer.* 137.
In apertum proferre. Diuolgare in publico: publicare. *Publier.* 276.
Ingraueſcente ætate. In ſu l'inuecchiarſi. *Sur l'âge.* 110.
In craſtinum. Per domani. *Pour demain.* 165.
In ſingulos dies. Di giorno in giorno. *De iour en iour.* *ibidem.*
In ſingulos annos. Di anno in anno. *D'an en an.* *ibid.*
In paucos dies. Per pochi giorni. *Pour peu de iours.* *ibid.*
In duos menſes. Per due meſi. *Pour deux moys.* *ibid.*
In quintum annum. Per cinque anni. *Pour cinq ans.* *ibidem.*
Inire gratiam ab aliquo. Acquiſtar fauor: acquiſtare amore vollezza da alcuno. *Aquerir faueur d'aucun.* 151.
Inire rationem. Far conto: prender conſiglio: deliberare. *Faire compte: prendre conſeil: deliberer.* 152.
Inire conſilium cum aliquo. Conſigliarſi con alcuno. *Se coſeiller auec aucun.* *ibid.*
Inire pugnam: inire prælium. Far guerra. *Faire guerre.* *ibidem.*
Inire Vrbem. Entrar nella cità. *Entrer en la Ville.* *ibid.*
Inire numerum interfectorum. Annouerare i corpi de gli vcciſi.

..vccisi. *Nombrer les occis. ibid.*

Inire conuiuium cum aliquo. Andare à paſto: andare à banchetto con alcuno. *Banqueter auec aucun. ibid.*

Injcere manus. Por le mani adoſſo: battere *Battre.* 180.

Inſanus. Scemo di ceruello, pazzo forſennato. *Fol. inſencé.* 241.

In loco. A tempo: & con buona occaſione. *A temps.* 160.

In rem eſſe. Eſſer di vtilità. *Eſtre à profit.* 157.

In manum conuenire Promettere col dar della mano, coltoccar della mano, accordarſi con la data della mano. *Promettre en touchãt la main.* 160.

In militẽ Per ciaſcun ſoldato. *Pour chacun ſoldat.* 166.

In capita. Per ogni capo: per ogni teſta. *Pour teſte. ibidem.*

In naues. Per ciaſcune naue. *Pour chacune nef. ibid.*

In dies, & in ſingulos annos: Sono differenti da *Quotidie,* & *Quotamnis:* per che *Quotidie,* & *Quotamnis* ſignificano tempo, & ſpacio continuato: ma *in dies, & in ſingulos annos,* nõ ſignificano ſpacio continuato, ò perpetuo; ma ſeparato da interuallo di gioni, & di anni. *Pour chacun iour, pour chacũ an.* 165.

In manibus eſſe. Eſſere apparechiato, & in pronto. *Eſtre preſt.* 176.

In manum eſſe. Eſſere in poteſtà. *Au pouuoir. ibid.*

In manum dare. Dare alla mano. *Donner en main. ibid.*

In manus incidere. Venire alle mani. *Tomber es mains. ibidem.*

Inſolens, non ſolo ſignifica temerario, & audace: ma inſolito. *Inſolent, non accouſtumé.* 168.

Inſtruere hortos. Apparecchiar ne gli orti, ne i giardini tutte le coſe neceſſarie, & di ornamento. *Preparer les iardins.* 155.

Inſtruere nauem, fundum, domum. Apparechiar tutto, che ſa biſogno ad vna naue, poſſeſſione, & caſa per commodità, & ornamento loro. *Accommoder la nef, le fons, la maiſon ibid.*

Integer ſanguis. Buon ſangue. *Bon ſang.* 159.

Integer vitæ. Huomo da bene. *Homme de bien. ibid.*

Integer. Tra le altre coſe ſignifica,, valido, fermo, ſobro, vigoroſo. *Fort, ſobre, vigoureux. ibid.*

Integer mentis. In ceruello. *De bon cerueau. ibid.*

Intentare mortem. Minacciar morte: cercar di dar morte, metter le mani adoſſo. *Menacer de tuer ou faire mourir.* 153.

Interdiu In ſul mezo giorno: & non in meridie. *Sur*

le my-iour. 193.
Ire *in ſententiam.* Acconſentire alla opinione. *Conſenſentir à l'opinion.* 167.
Ire *in alia omnia.* Acconſentire à tutte l'altre coſe. *Conſentir à toutes autres choſes.* ibid.
Item *eſſe ſpectandum, atque habendum.* Douerſi coſi riguardare, come riputare. *Eſtre à reſpecter comme reputer.* 41.
Item. Alcuna volta ſignifica coſi: alcuna volta, ma alcuna volta, ſimilmente. *Auſſi, ſemblablement.* 156.
Iterum, *ac tertium.* Due volte, ò tre. *Et non bis aut ter. Deux ou trois fois.* 50.
Iterum *ac tertio venisſe tradunt.* Dicono, che venne due, & tre volte. *On dit qu'il vint deux ou trois fois.* ibidem.
Iubeo *te bene valere.* Stà ſano. *Viuez ſain.* 159.
Iubeo *te habere bonum animum.* Sta di buona voglia. *Ayez bon courage.* ibid.
Iubeo *te ſaluere aliquem.* Saluta alcuno. *Saluez quelqu'vn.* ibid.
Iudicare *abſentem, ſecundum præſentem.* Far ſentenza per la perſona lontana, come ella foſſe preſente. *Iuger l'abſent comme preſent.* 243.
Iurare *conceptis verbis.* Giurar ſecondo la forma delle parole che vengono poſte ſcritte di nanzi alcuno. *Iurer ſelon la forme des parolles eſcrittes deuant aucun.* 149.
Iurare *in verba.* Promettere per giuramento di mantener quelle coſe, che ſono ſtate promeſſe in forma iſcritta. *Promettre par ſerment de maintenir les choſes promiſes en forme eſcrite.* ibidem.
Iure *tuo.* A tuo modo. *A voſtre volonté.* 154.
Iure *meo.* A mio modo. *A ma volonté.* ibid.
Iuxta *ac ſi hoſtes adeſſent.* Nè più nè meno, come ſe foſſero arriuati gl'inimici. *Comme ſi les ennemis eſtoyent arriuez.* Qui, *iuxta*, è congiunto con, *ac.* 46.
Iuxta *mecum omnes intelligitis.* Tutti l'intendete, come faccio io. *Vous l'entendez tous comme ie fay.* ibid. Qui *iuxta*, è congiunto cum *mecum.*
Iuxta *tecum, ſi tu neſcis, neſcio.* Se tu no lo ſai; nè anch'io lo sò, come tu. *Si tu ne le ſçais ny moy auſſi.* ibid. Qui, *iuxta*, è congiunto con *tecum.*
Iuxta *hyemem, & æſtatem pati.* Sopportar tanto il verno, quanto la ſtate. *Endurer autant l'hyuer que l'Eſté.* ibid. Qui, *iuxta*, è poſto aſſolutamente.

Labes

L

Labes: Oltre il ſignificato di macchia, & ſporzu: ſignifica latiniſſimamente, rotta di fiume, ruina di tempeſta, fortuna di mare: apprıtura grãde di terra. *Tache: rupture de riuiere: ruine de temps: fortune de mer: grande ouuerture de terre.* 174.

Languere minus, atque aliquem. Stare alquanto meglio di alcun'altro. *Se porter vn peu mieux qu'vn autre.* Comparatiuo con, *atque.* 41.

Lapide quadrato ædificare. Fabricar con pietre polite, & ben lauorate. *Edifier de pierres polies.* 168.

Lapide ſtructili, aut cementicio; vel ſtructura, aut ruderatione ædificare. Fabricar di rottami, & calcinazzi. *Batir de matereaux.* ibid.

Latine loqui. Parlare apertamente: chiaramente. *Parler clairement.* 175.

Legare aliquem ad aliquem. Mandare alcuno ambaſciatore ad alcuno per coſe publiche, & di grande importanza: per che *Lego, legas,* ſtà per mandare ambaſcieria per coſe publiche, & grandi. *Enuoyer ambaſſadeur vers aucun, pour affaire de grande importance.* 53.

Licere alicui per aliquem. Se ſarà permeſſo: ſe alcuno non impedirà. *S'il eſt permis.* 172.

Limen ſuperum; limen inferum. Sopra liminare: ſotto liminare. *Lesueil de deſſus: de bas.* 175.

Lingua nuncupare. Eſprimer con lingua. *Exprimer auec la langue.* 174.

Longe. Si pone hora col ſuperlatiuo: hora col poſitiuo: & con l'vno, & con l'altro elegantiſſimamente. 170.

M

Magis non Apollinis hoc verum, atque hoc eſt. Appolline non diſſe mai verità maggiore di queſtà. Comparatiuo con *atque. Apollon ne diſt onques choſe plus vraye.* 41.

Magnum numerum frumenti, vini, olei. Grand quantità ouero abondanza di frumento, di vino, di olio. *Grand quantité de bled, vin, huile.* 186.

Malè audire. Hauer mala fama. Dirſi male di lui. *Auoir mauuais renom.* 78.

Malè cadere. Succeder male. Accader male. *Tomber mal.* 78.

Malenertat. Faccia Dio, che ſucceda male. *Que mal aduienne.* ibid.

Maxime omnium. Più di tutti. *Plus que tous*. 275.

Meis verbis Da parte mia. *De ma part*. 185.

Meo, tuo, ſuo. Reſpublicæ nomine. Per me, per te, per ſe, per la Republica. *Pour moy pour toy, pour luy pour la Republique*. 181.

Merito te amo. Ti amo per che lo meriti. *Ie t'ayme à bon droict*. 183.

Merito tuo hoc tibi dono. Ti faccio queſto preſente meritamente. *Ie te donne cela: car tu le merites*. ibid.

Merito tuo te odi. Ti voglio ma le meritamente. *Ie te hay: car tu le merites*. ibid.

Merito nullo. Contra ogni douere. *Contre tout deuoir*. ibid.

Metuere ne non. Temer, che non. *Craindre que*. 190.

Mihi aqua haret. Prouerbio, che ſignifica hauer difficoltà in coſa facile; perche l'acqua ſuole ſcorrere, & l'intoparſi, & arretarſi è contra la ſua natura. *Difficulté en choſe aiſée*. 183.

Minimum. Al meno. *Aumoins* 274.

Minime omnium. Meno di tutti. *Moins que tous*. 275.

Minus atq; aliquis pectore vri intimo. Eſſer meno inamorato di alcuno. *Eſtre moins amoureux qu'aucun*. Comparatiuo con *atque*. 40.

Minus duo millia hominum effugêrunt. Fuggirono più di due mille perſone. *Plus de deux mille perſonnes furent*.

Qui, *minus*, è congiunto col nominatiuo. 56.

Minus pedes ſenos. Meno di ſei piedi. *Moins de ſix pieds*.

Qui, *minus*, è congiunto con l'accuſatiuo. ibid.

Minus horis tribus. Meno di tre hore. *Moins de trois heures*. Minus con l'ablatiuo. ibid.

Miſſum facere. Dar licenza licentiare. *Donner congé*. 187.

Mittere ſubſidio. Mandare in aiuto. *Enuoyer pour ſecours*. 107.

Mittere ſanguinem. Cauar ſangue, trar ſangue. *Tirer du ſang*. 184.

Modice. Con iuſta miſura. *Auec iuſte meſure*. 187.

Modicum. Poco. *Peu*. ibid.

Momentum temporis: momentum horæ: momento. In pochiſſimo ſpacio di tempo: in vn batter d'occhio. *En peu de temps: en vn moment*. 210.

More maiorum. A modo degli antichi. *A la maniere des anciens*. 188.

Multo mane. La mattina à buon'ora. *De grand matin*. 78.

Multo è più toſto da i buoni autori vſato ſuperlatiuo; che col comparatiuo. 171.

N

Ne ea res mihi ſit fraudi. Non ſi dia di ciò à me la colpa. *Que l'on ne m'en donne la coulpe.* Non vuoca à me non debbo io eſſerne incolpato. 139.

Nemo quiſquam. Niuno. *Nul.* 189.

Nemo homo. Niuno. *Nul.* 188.

Nemo vnus. Perſona di niuna ſorte. *Perſonne de neulle ſorte.* ibid.

Ne non. Che non. *Que non.* 192.

Ne plura. Non dirò più parole. *Ie ne parleray dauantage.* ibid.

Ne multis. Nõ ti terrò à molte parole. *Ie ne vous tiẽdray long temps.* ibid.

Nec caput, nec pedes habet. La coſa è di maniera intricata, che non sò doue voltarmi. *L'affaire eſt tel que ie ne ſçay où me tourner.* 194.

Nè ve hoc, ne vè illud. Ne queſto, ne quello. *Ny cecy, ny cela.* 194.

Ne viuam. Poſs'io morire. *Puiſſe-ie mourir.* 195.

Ne valeam. Dio non mi conſerui ſano. *Dieu ne me garde.* ibid.

Ne ſim ſaluus. Poſs'io perir. *Puiſſe-ie mourir.* ibid.

Nihil eſt quod. Non biſogna. *Il n'eſt beſoin que.* 120.

Nihil ad Perſium. Niente à comparatione di Perſeo: Ciò non s'ha da comparar con Perſeo. *Il ne fait rien au prix de Perſe.* 193.

Nihil fuit propius, quàm vt perire m. Stetti per morire: per andar in ruina. *I'ay eſté pres de mourir: d'eſtre perdu.* 194.

Nihil fuit potius, quam vt Maſſimiſſam conuenirem. *Ie n'ay rien eu en plus grande recommandation que parler à Maſſiniſſa.* ibid.

Nihil mihi longius, quàm videre Liuium. Vn'ora mi par mille anni, ch'io vegga Liuio. *Il m'ennuye que ie ne voy Liuius.* ibid.

Nihil habeo quod defendam. Nõ poſſo difenderlo in conto alcuno. *Ie ne peux le defendre aucunement.* ibid.

Noctu. Di notte. *De nuict.* Et non de nocte. 193.

Nomen facere Far debitore, per patti, per vſure, ò in altro modo. *Faire debteur, par vſures, accords ou autrement.* 195.

Non ſecus, ac ſi ipſi adeſſes. Non altrimenti, che ſe vi ſi foſſe trouata la perſona tua. *Non autrement que ſi vous y eſtiez.* 141.

Non ſecus, ac ſi meus eſſet frater. Nè più, nè meno, come ſe mi foſſe ſtato fratello. *Ny plus ny moins que s'il eſtoit mon frere.* ibid.

Non ſecus eius ſalutẽ, ac meam tueri debeo. Son'obligato coſi

coſi procurare la conſeruatione della ſua vita, come della mia propria. *Ie ſuis tenu auoir ſoin de ſa vie comme de la mienne.* ibid.

Non ſecus, atq; in agro. A punto, comme in campagna. *Comme en la campaigne.* ibid.

Non ires. Non doutereſti andare. *Vous ne deuriez aller.* 192.

Non idem tibi, & mihi. Altra coſa è in te; & altra coſa è in me. *Autre choſe eſt en toy: autre en moy.* Et non ſi dice bene. *Nemó idem tibi, ſicut mihi:* Ne. *Non idem tibi, quod mihi.* 194.

Non habeo, quod te accuſem. Non poſſo accuſarti. *Ie ne peux t'accuſer.* ibid.

Noſtra memoria. Al tempo noſtro. *De noſtre temps.* 184.

Nunc erat Adeſſo era il tempo. *Il eſtoit tẽps maintenant.* Qui ſi vede, *nunc*, col preterito. 195.

Nullo negotio Senza difficoltà. *Sans difficulté.* 191.

Nunquid Romam velis. Se tu voi venire à Roma *Si tu veux venire à Rome.* 193.

O

OB: In ſenſo candidiſſimo è preſa per, intorno, innanzi, contra. *Entour, deuant: contre.* 199.

Obtinere prouinciam. Hauer da gouernare prouincia à tempo. *Auoir à gouuerner vne prouince, à temps.* ibid.

Obtingere alicui prouinciam. Toccar per ſorte prouincia à gouernare. *Echoir quelque prouince en gouuernement à aucun.* 200.

Offendere. Vrtare, inciampare. *Heurter.* 201.

Officij cauſa. Per amoreuolezza: per debito. *Pour le deuoir.* 77.

Operæ. Nel numero del più fù anco vſato da gli antichi buoni Scrittori per cagnetti, braui, che ſi ſeguitano alcuno: fattuoni. *Sectateurs.* 198.

Operam ludere. Affaticarſi in darno. *Trauailler en vain.* ibidem.

Opes. Nel plurale non ſolo ſignifica le richezze; ma la potenza, che conſta di amici, di ſeguito, di parenti, di fauore populare. *Biens: faueurs.* 201.

Opportune cadere. Accader bene, Succeder bene. *Succeder bien.* 77.

Optimus Maximus. Cioè ottimo grandiſſimo. *Treſbon: treſgrand.* Non ſolo ſi dice di Dio; ma di poſſeſſione, campo, di caſa, & d'altre coſe. 202.

Os. Queſta voce era vſata da gli antichi per l'audacia, per la temerità; & alcuna volta per conſpetto. *Audace: temerite: regard.* 198.

Pagan

P

Paganus. Colui, che deſideraua eſſere ſcrito ſoldato: perche mentre cercaua di farſi ſcriuere era chiamato *paganus*: & ſcritto poi, era chiamato *miles*. *Qui Vouloit eſtre eſcrit ſoldat.* 219

Pariter hoc, atque alias res ſoles. Tu fai queſto, come hai in coſtume di far l'altre coſe. *Tu fais cecy comme les autres choſes*. Qui *pariter* è congiunto con, *atque*. 45.

Pariter moratus, & pater, auúſq; huius fuit. Conſtumato, come fù ſuo padre, ſuo auolo. *Morigíné comme ſon pere & ſon grand.* Qui *pariter* è congiunto con, *&*. *ibid.*

Pariter ac nunc ſubiecti Soggeti, come adeſſo. *Suiects come à preſent*. *ibid.* Qui *pariter* è congiunto con, *ac*.

Pari ſpacio, atque Tanto ſpacio, quanto. *En autant d'eſpace que.* Quì, *pari* è congiunto con, *atque* *ibid.*

Pari ad aliquid, &. Eguale à qualche coſa, come. *Egal à quelque choſe, comme.* Quì, *pari*, è congiunto con, *&*. *ibidem.*

Patrum memoria. Al tempo de i noſtri vecchi. *Du tẽps de noz peres.* 184.

Paruo negotio. Con poca fatica. *Auec peu de peine.* 192.

Paulo ſecus à me, atque ab illo diſtributa. Diſtribuita qua ſi da me, come da lui. *Diſtribuée quaſi de moy, comme de luy.* 41.

Pedibus ire. Andare à piedi. *Aller à pied.* 217.

Pedibus. conſequi. Far facilmente *Faire aiſement. ibid.*

Peius odiſſe. Odiar più. *Hair plus.* 219.

Peius leto flagitium timere. Hauer più paura della ribalderia, che della morte. *Hair le mal plus que la mort ibidem.*

Perpetuus. Significa tra l'altre coſe, ſodo, maſſiccio, non ta gliato in pezzi, ma continuato: non interrotto; ò per ſpacio di tempo tralaſciato. *Maſſif, continu.* 202.

Perpetuare. Continuare. *Continuer.* 203.

Perſcribere. Notare nel libro del dare, & dell'hauere qualche coſa. *Noter au liure de parties, quelque choſe.* 212.

Perſcriptiones. Note fatte nel libro del dare, & dell'hauere. *Nottes faites au liure des parties.* *ibid.*

Perſcriptor. Colui, che nota, coſe nel libro del dare, & del l'hauere. *Celuy qui note & couche au liure ſuſdit. ibidem.*

Perinde atque capta Vrbe. Come fù

me fù preſa la città. *Si toſt que la ville fut prinſe.* Qui, *perinde* è congiunto con, *atque.* 45.
Perinde, ut quis voluiſſet. Come alcuno deſiderato haurebbe. *Comme quelqu'vn euſt deſiré.* Qui, *perinde* è congiunto con *ut.* 45.
Perinde loqui quaſi. Parlare poco men che. *Parler quaſi comme.* Qui, *perinde* è congiunto con, *quaſi. ibid.*
Per ætatem non potuiſ. L'età me ne leuò il modo: l'età m'impedì, *l'âge m'a empeſché.* 173.
Pertinere. ſignifica ſpeſſo arriuare, toccare, confinare. *Arriuer, toucher, aborder.* 208.
Per tempus. A tempo. *A tẽps.* 250.
Peruadere incendium per ſata. Andare in fuoco ſpargendoſi per le biade. *Le feu s'eſpãdre par les bleds.* Sempre s'vſa in mala parte. 213.
Petat aliquis. Se alcuno mi chiederà. *Si quelqu'vn demande.* 96.
Planum facere. Dichiarare: diſtricare coſa difficile, ò dubioſa: & à parole far come vendere alcuna coſa: *Declarer.* la metafora è tolta da luoco mequale, che col mezo della cultura & dell' opera ſi fa piano. 216
Plena manu. Abondeuolmente *Abondamment.* 80
Plus anno viuere in aliquo loco. Viuere più d'vn'anno in qualche luoco. *Viure plus d'vn an enquelque lieu.* Qui, *plus* è congiunto con l'ablatiuo. 55
Plus quatuor digitos tranſuerſos eminere. Eſſere alto più di quattro dita per trauerſo. *Eſtre haut plus de quatre doigts de trauers.* Qui, *plus* è congiunto con l'accuſatiuo. ibid.
Plus duo millia hominum caſa. Furono ammazzate più di due mille perſone, Qui, *plus*, è congiunto col nõ. *Plus de deux mille hommes tuez.* ibi.
Ponere in lucro, & in lucris Gli antichi padri della lingua vſauano queſta maniera di parlare, quãdo accadeua loro qualche coſa buona fuori di ſperanza. *Mettre au lieu de gain* 210
Poſt hominum memoriam A ricordo d'huomini. *De la ſouuenance des hommes* 184
Poſt homines natos A ricordo d'huomini. *De la memoire d'homme* ibid.
Poſt tempus. Fornita la coſa: Paſſato il tempo. *Apres le temps.* 150
Praire verba Cominciar le parole: *Commencer le premier mot.* come quando il ſacerdote comincia ſolo il cre

il credo: & poi i cantori ſeguono. 215

Praire verbis, aut voce Andare inanzi di parole, & di voce. *Aller deuant auec la voix & parole* ibid.

Praſcribere Se bene i Dottori di legge in altro ſenſo lo prendono, nondimeno propriamente ſignifica, mettere ordine: determinare commandare, *Determiner commander.* 2 4

Praſumere Prendere prima. *Premier prendre* 244

Praterea nemini Date in ſuo ri à niuno *Hors mis vous à perſonne, à nul. Praterea* ſi pone non ſolo dopo molte coſe; ma anco dopo vna perſona. ò vna coſa ſola, & quaſi ſempre con la negatiua. 2'4

Praſtare culpam Star per la colpa, eſſere obligato alla colpa. *Tenir pour la coulpe.* 203

Praſtare dolum Rifar l'ingan no: ſtar per l'inganno: obligarſi à rifar l'inganno. *Tenir pour la tromperie.* ib.

Praſtare vim. Sottogiacere alla violenza; obligarſi di forza *s'obliger de force* ibi

Praſtare vitium. Obligarſi di vitio ſottogiacere à vitio, *s'obliger de vice.* ibi.

Pra nobis beatus videris. Tu pari più felice di noi. *Tu ſembles plus heureux que nous.* 205

Pra aliquo. Eccettuato alcuno fuori che alcuno. *Hors mis aucuns.* ibid.

Pra vt dudū fuit. Più, che nō fu mai *Plus que iamais. ibid.*

Praiudicare. Significa condannare alcuno ad eſſempio di ſentenza fatta ſopra altri. *condamner aucun a l'exemple d'vn autre.* 206

Praiudicium, è d fferente da iudicium: per che iudiciū è la ſentenza, che ſi fa della iſteſſa cauſa: & præiudicium quella ſentenza, che dà eſſempio di giudicare nella medeſima cauſa ouero in pari cauſe. *ibid.*

Pracipitare Tramontare: cadere, paſſare. *Tomber, paſſer.* 209.

Pracipitauerat iam hyēs. Il verno era già paſſato *l'Hyuer eſtoit deſia paſſé.* ibi.

Prauertere, & prauerti Mettere innanzi, ò andare innanzi non col ſuo ordine, ma più toſto alla rouerſcia *Mettre deuant, ou aller deuant a la renuerſe.* 209

Prater ſententiam Fuori del voler mio: fuori della mia opinione. *Contre mon opinion.* 108

Prima eſt lenis, altera eſt criſpa. La prima è molle al tatto, l'altra è creſpa. *La premiere eſt molle l'autre, creſpe.* Quì, *altera*, ſignifica ſecōda, & non ſarebbe ben latino in dire, *Prima, & ſe*-

conda. 47

Primoribus labris attingere: primoribus digitis ſumere. Hauer poco guſto: intender poco la coſa di cui ſi parla. *Gouſter vn peu: toucher du bout des doigts.* 217

Primas ferre. Riportarne il primo honore. *Emporter l'honneur.* 221

Primas deferre Dare il primo grado, il principale honore. *Donner le premier degré.* ibid.

Primas tenere. Eſſere il più honorato. *Eſtre le plus honorable.* ibid.

Prouecta atas. La Vecchiezza *La Vieilleſſe.* 110

Proximè atque ille, aut etiam aquè laborare. Prenderne poco men faſtidio, anzi tãto, quanto eſſo. *Trauailler autant comme luy.* Quì ſi vede *proximè* congiunto con, *atq;* 44

Pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet. Et come non foſſe ſtato menato. *Autant que ſi on ne l'auoit prins.* Qui, pro eo, è congiunto con, *atq;* ibid.

Proximus è differente da *Vicinus*, perche proſſimo è colui, à cui niuno và inanzi, & di cui niuno è più vicino: ma vicino può eſſere proſſimo, & non eſſer proſſimo: ma gli antichi ſoleano congiunger queſte due voci ambedue in ſieme. 207

Pro ſe quiſque Ciaſcuno, *chaſcun.* & s'uſa tanto nel numero del più, quanto in quello del meno. 217

Profiteri Dare in nota quanto vino ſi ha, quanto olio, quanto frumento, quanti campi di terra, & ſimili coſe. *Eſcrire: noter, coucher par eſcrit.* 221

Pro tempore. Secondo la qualità del tempo. *Selon le temps.* 211

Pro re. Secondo la qualità della coſa. *Selon la choſe.* ibid.

Pro loco. Secondo la qualità del luoco. *Selon la qualité du lieu.* ibid.

Pro virili, & pro virili parte. A tutto ſuo potere: quanto ſi eſtenderanno le ſue forze. *De toute force.* 212

Prodere memoria Manifeſtare perche ne reſti memoria. *Manifeſter.* 216

Prudens legum, & in iure ciuilis che sà leggi. *ſçauant aux loix.* 273

Punctum temporis, punctum hora. In pochiſſimo ſpacio di tempo. *En peu de temps.* 220

Q

Quam mox cocta eſt cæna? Quando ſarà cotta la cena? *quand le ſoupper ſera il cuit?* 228

Quam mox erit cocta cæna.

Preſto, ò ſubito ſara cotta la cena. *Le ſoupper ſera toſt cuit.* ibid.
Quam dudum venit ille. Quãto è, che venne colui? *Combien y a il qu'il eſt venu?* 227
Quampridem non ediſti? Quãto è, che non hai mangiato? *Combien y a il que vous n'auez mangé?* ibi.
Quam obrem. Perche non ſi dice, *propter quam.* *Pourquoy.* 229
Quatenus. Fino à che fine? fino à che termine? Alle volte ſignifica, quanto. *A quelle fin?* 225
Qua propter: qua cauſa. Perche *pourquoy.* 229
Qua itineris: Qua de Bruto. In quella parte, nella quale ſi fa mention del viaggio: in quella parte, nella quale ſi fa mentione di Bruto: *Ou ſe fait mention du chemin de Brutus.* 234
Quamplurimus. Quantò più. *Beaucoup dauantage.* ibid.
Quàm citiſſime conficies: tãmaximè expediet. Quanto più toſto ti expedirai: tãto più ti giouera. *Tãt pluſtoſt vous aurez fait, ſera voſtre profit.* ibid.
Quid illi fiet. Che ſaria di lui. *Que ſera ce de lui.* ibid.
Quid illi faciam? In che potrò io giouarli. *En quoy le pourray-ie aider.* ibid.
Quid illi factum eſt? Che gli è mai interuẽto? *Que luy eſt il ſuruenu?* & tutti queſti modi s'uſano per eſprimer merauiglia: ouero per qualche calamita, & danno. *ibid.*
Quid faceret aliud? Che poteua egli far altro? *Que pounoit il faire autre choſe.* 224.
Quid quod me etiam occidere vult? Che ti pare; ouero, che dici, egli mi vuole anco ammazzare? *Que dites vous, il me veut auſſi tuer?* Si che giungendoſi, *quid quod*, inſieme: ſerue tutto vno ad interrogare, come in queſto eſſempio ho moſtro. 228.
Quiſquam. Alcuno. *Aucun.* Ma quaſi ſempre interroga, & con ſdegno ricerca: come. *Hanc Deam quiſquam violare audeat?* Alcuno hauerà ardimento di violar queſta Dea? 233.
Quoquò verſum. Verſo ciaſcun luoco. *Vers tout lieu.* 267.
Quaqua verſum. Per ciaſcun. luoco. *Par chacun lieu. ibid.*
Quod ſine moleſtia tua fiat. Pur che tu lo poſſa far ſenza tua noia. *Mais que ce ſoit ſans vous faſcher.* 126.
Quod ſine incommodo tuo fiat. Pur che tu lo poſſa far ſenza tuo danno. *Mais que ce ſoit ſans voſtre perte.* 226.
Quo ſciam. Ch'io mi ſappia.

Que te ſache. *ibid.*

Quod pace tua fiat. Il'che ſia fatto con tua pace,& buo na licenza. *Par voſtre congé.* *ibid.*

Quod inter nos liceat dicere. Et ſia lecito il dir ciò fra noi. *Soit loiſible de le dire entre nous,* *ibid.*

Quod te oro. Però ti prego. *Parquoy ie te prie.* 234.

Quotus. Alle volte ſemplicemente addimãda, & ricerca numero come. *Quota hora eſt?* Quante ore ſono? *Quelle heure eſt il?* Alle volte ſenza interrogatione;come.

Quota pars ex eo deducetur, ea pars tibi ſit profutura. Tutta quella parte,che da lui ſi cauerà; tutta torni à tuo giouamento. *La partie entiere que l'on tirera de luy, tourne toute à voſtre profit.* 224.

Alcuna volta, ſignifica minima parte;come.

Quota pars laudis erat. Tra la minima parte della laude. *Entre la moindre partie de louange.* *ibid.*

Quotuſquiſque eſt, qui timeat artem numerorum? Chi è colui, che ſappia l'arte Aritmetica? *Qui eſt celuy qui ſache l'art d'Arithmetique?* *ibid.*

Quouſque tandem? Quando ſarà mai? *Quand ſera cel* 353.

R

Recedere à conditione Mutar conditione: mutar perſona:mutare ſtato. *Changer de condition;d'eſtat,* 102.

Referre pedem. Tirarſi in dietro:tornare in dietro. *Retourner arriere.* 137.

Redire in gratiam Far pace: riconciliarſi. *Se reconcilier,* 235.

Refertum Pieno. *Plain.* 303.

Remitto, è il contrario di contendo, & ſtà per allentare,per molare. 199.

Renuntiare legationem. Far la relatione di quello che sè fatto nel 'embaſceria. *Rapporter l'ambaſſade.* 235.

Reſidere. E quando la terra per pioggie, o per altra cagione non conoſciuta, s'apre; ò cala all'ingiù. *S'ouurir,aller au fonds.* Diceſi anco d'altra coſa, ch'à poco à poco chini all'ingiù. ò vada al fondo come ſabbia, che foſſe in vn ſecchio d'accha. 135.

Reſecare ad viuum. Obligare à troppa ſtrettezza di regula: vederla troppo per ſottile. *Couper au vif? obliger eſtroittement: regarder de trop pres.* 236.

Reſpõdere ad rogatum. Riſpondere al propoſito. *Reſpondre à la demande.* 215.

Retuſum, Senza punta: rintuzzato;

tuzato:che ha il filo groſſo. *Rebouſché.* 75

Roget aliquis. Se alcuno m'ad dimanderà. Se alcuno mi pregherà. *Si quelqu'vn me demande:me requiert.* 236.

S

SArta tecta. In acconcio, & colmo; intere conſeruate. *Entierement.* 249.

Satin ſalua? Come paſſano le facende? che nuoua c'è delle coſe noſtre? *Comme vont les affaires?* L'vſauano gli antichi, quando interrogauano eſſendo turbati. 248.

Scienter. Non ſignifica ſempre penſatamente; conſapeuolmente: ma latinamente ſignifica, ſauiamente, facondamente, maeſtreuolmente. *Sagement, auec facũde, & maiſtriſe.* 245.

Scribere mea, tua, ſua manu, nõ propria. Scriuer di mia, di tua, di ſua mano, non di mano propria. *Eſcrire de ma main, de la tienne, de la ſienne, non pas propre.* 236.

Scriptura. Tra gli altri ſuoi ſignificati ſignifica i libri ſopra i quali ſi ſcriueano i libri dacij, e le gabelle, le bullette. *Les liures de daces & gabelles.* 245.

Sectari animal. Inueſtigare animale, cercarlo, cacciare. *Chaſſer la beſte.* 247.

Secundum te. Dopo te nel ſecondo luoco: vicino à te. *Apres vous.* 243.

Secus aliquem honore honeſtare, quam alius aliquem. Onorare altrimenti alcuno di quello che altri altrui ſi faccia. *Honorer aucun autrement qu'vn autre, ne fera vn autre.* 41.

Semel, aut iterum. Vna volta, ò due, & non *ſemel, aut bis. Vne fois ou deux.* 50.

Senecta atas. Vecchezza. *La vielleſſe.* 169.

Seruire auribus. Adulare, luſingare *Flatter.* 248.

Sexcenta tanta reddam, ſi viuo tibi. S'io hauerò vita, ti renderò ſeicento volte tanto. Sexcenta tanta, è candido modo di ſcriuer latino. *Ie te rendray ſix cens fois autant, ſi ie vis.* 240.

Sexcentis locis. In infiniti luochi. *Sexcentos habes tabellarios: En lieux infinis: tu as infinité de meſſagers.* Tu hai aſſaiſſimi portalettere. I letterati di quel felice ſecolo vſauano queſto numero, quando voleuano eſprimere vn numero infinito; ouero grandiſſimo. *ibidem.*

Siccus. Per tranſlatione ſignifica digiuno, ſobrio. *A ieun, ſobre.* 239.

Si dijs placet. Se piacet a Deo; & l'vſauano marauiglian-

do ſi di dignità, di temerità: ò per ſdegno. 248.

ſimiliter facis, ac ſi me roges. E ne più, ne meno; comme ſe tu mi pregaſſi. *Tu fais comme ſi tu me priois.* 49.

Similiter, atque ipſe eram. Come era io. *Come i'eſtoy.* ibi.

Similiter facere, vt ſi nautæ inter ſe certarent. Contender come ſanno i bracheruoli. *Debatre comme les nautonniers.* ibid.

Simili vti fortuna, atque alius vſus ſit. Accommandarſi à quella ſorte di fortuna, che altri s'è accommodato. *S'accommoder à la fortune d'vn autre.* 40

Simillime excipere aliquem, atque in alia re. Fare accettione di alcuno ſomiglian tiſſima à quella, che s'è in altra coſa fatta. *Receuoir aucun comme en autre choſe.* ibidem.

Simili ratione, atque alij fecerunt. Come hanno fatto altri. *Comme les autres ont fait.* ibid.

Similem pauorem inde, fugámq; fore; ac aliqua re fuit. Hauer ſi gli huomini à mettere in ſpauento, & ſuggirſe. ne, come per qualche altra coſa ſi fecero. *Se deuoir eſpouuanter & fuir, comme autre fois pour autre choſe.* ibidem.

Specialiter. Specialamente. & non *ſpecialiter*, che è vocabolo barbaro. *ſpeciallement.* 141

ſpero, alcuna volta è attiuo ſemplice, che ſta per ſperare, & allora forma il paſſiuo *ſperor*: alcuna volta è neutro aſſoluto. *Eſperer.* 243

ſtare per me. Eſſerne io cagione. *Tenir à moy.* 241

ſtare per te. Eſſerne tu cagione. *Tenir à toy.* ibid.

ſtare per illum. Eſſerne quello cagione. *Tenir à luy.* ib.

ſtatim atque interceſſerat mulier. Subito, che la dõna s'era in tromeſſa. Qui, *ſtatim* è congiunto con atq. *Si toſt que la femme s'eſtoit miſe entre deux.* 44

ſtomachor, Sdegnarſi, & quaſi per qualche operatione, ò parola reſtare offeſſo in modo, che lo ſtomacho ſi muoua, & vengea voglia di recere. *s'indigner, ſe faſcher.* & qualche volta ſi cõgiunge con l'accuſatiuo, qualche volta ſi pone aſſolutamente, & qualche volta con la propoſitione ablatiua. 240

ſtudere illam rem. Studiar quella coſa: affaticarſi intorno à quella coſa. *Eſtudier celle choſe.* Si che *ſtudeo* an eo riceue l'accuſatiuo & bene. 237

ſtultus. Propriamente ſignifica, rozo, ignorante, groſſiere, pigro, inconſtante. *sot,*

ſot, ignorano, groſſier. 241

Sub manus ſuccedere. Succeder bene, à man ſalua. *ſucceder bien.* 247

ſub veſperum. Verſo la ſera. *ſur le ſoir.* *ibid.*

ſub occaſum ſolis. Nell'imbrunir della ſera. *ſur le coucher du ſoleil.* *ibid.*

ſub oculos. Dinanzi à gli occhi. *Deuant les yeux.* *ibid.*

Sub tempus edendi. Preſſo l'ora di mangiare. *ſur l'heure de repaiſtre.* *ibid.*

ſub galli cantum. Sul cantare del gallo. *ſur le chant du coq.* 248

ſub eas. Dietro quelle. *Derriere elles.* *ibid.*

ſubſcribere cauſæ. Era quando gli accuſatori preſſo i giudici, ſi ſotto ſcriueano alle accuſe de i rei: *Auouer l'accuſation.* perche chi accuſaua ingiuſtamente, & non prouaua l'accuſa, era di pena pari all'acuſa cõdannato. 238

ſubſcribere cauſam. Era quando i giudici ſi ſotto ſcriueano alla cauſa, per laquale erano accuſati i rei. *Quand les Iuges eſcriuoyent deſſoubz la cauſe, pour laquelle les coulpables eſtoyent accuſez.* *ibid.*

ſub manu. A d vſo pronto, ſpedito. *Preſt en main.* 247

ſubſidere. E quando la terra per pioggia, ò altra cagione occulta s'apre, & và all'ingiù: & diceſi anco d'altra coſa graue, che in corpo liquido al ſondo di qualche vaſo deſcenda. *Aller au fonds.* 232

ſuccedere ſub manus. Succeder qualche coſa proſperamente. *ſucceder bien.* 247

ſumere ſibi nimium. Preſumer troppo di ſe ſteſſo: attribuir ſi troppo: eſſere arrogante. *Preſumer trop de ſoymeſme.* 244

ſummum. Al più. *Au plus.* 274

ſuperſedere cõ l'ablatiuo ſignifica laſciar da canto: tralaſciare. *Laiſſer à part.* 241

ſuppetere, & ſupereſſe vita. Baſtar la vita: viuer tanto. *Viure tant.* 241

ſupra caput eſſe. Eſſere adoſſo, eſſere alle ſpalle: incalzare. *Eſtre aux talons, eſtre aux eſpaules.* *ibid.*

ſurſum verſum. Verſo il luoco di ſopra. *Vers le lieu de haut.* 267

T

TAbeſcere, non ſignifica (come altri ſi creſero) languire, ò mãcare, ò marcirſi: ma, disfarſi, conſumarſi. *ſe conſommer.* 252

Tandem aliquando. Pure vna volta. pur quando è piacuto à Dio. *Quelquefois.* 253

Tangere de cœlo. Fulminare. *Foudroyer.* 276

Tantum abeſt, vt ſcribi contra nos nolimus, vt id etiam ma-

ximè optimus.Non ſolo nõ ci curiamo,che ci ſia ſcritto contra, ma grandiſſimamẽte lo deſideriamo. *Tãt s'en faut que nous nous ſoucions que l'on eſcriue contre nous,que meſmes nous le deſirons.* 251

Tãtiſper dum Fino à che perchet *antiſper* ama haue dopo di ſe la particella, *dũ*. *Iuſqu'à ce que.* 253

Tempeſtiuum conuiuium.Banchetto nelquale ſi ragioni,& diſputi di coſe importanti,fatto con ordine cerimonioſo,& con dubbij moſſi da maeſtro, ò altra perſona, d'autorita per dar buoni documenti. *Banquet où l'on deuiſe de choſe d'importance.* 251

Tempeſtas idonea, bona, certa. Tempo atto di nauigare: bonaccia: bon vento:vento in fauore. *Temps bon à nauiger.* 252

*Tempeſtas mala.*Tempo contrario da nauigare; fortuna di mare: vento contrario. *Vent contraire. ibid.*

Tendere manus. Far ſegno di humilità con le mani.*Tendre mains:s'humilier.* 181.

Tendere iter. Far viaggio,caminare *Cheminer.* 254.

Tentare. Trauaillare, occupare. *Trauailler, occuper.* 253.

Terra rudis.Terra noua.*Terre neufue.* 262.

Tollere manus, & oculos. Alzar le mani, & gli occhi al cielo per allegrezza. *Leuer les mains & yeux au ciel.* 179.

*Tranſuerſum vnguem non diſcedere, vel digitum. vel pedem latum. vel digitum latum.*Non ſi ſco ſtare pure vn pochino non abbandonare ne anco per piccioliſſimo interuallo:ſtar ſempre a i fianchi *Ne bouger tant ſoit peu.* 254.

Tribuere aliquid alicui. Imputare alcuno di qualche coſa. *Attribuer à aucun quelque choſe.* 69.

Tribus tantis illi minus reddit,quam obſeueris.Non gli rende tre volte tanto, quanto tu hai ſeminato. *Il ne luy rend trois fois autant que tu as ſemé. Tria tanta*, è notabil modo di dir latino. 49.

V

V*Acuus à culpa*. Senza culpa.*Incoulpable* 264.

Vacuus à periculo.Senza periculo. *Sans danger. ibid.*

Vacuus a dolore. Senza dolore.*Sans douleur. ibid.*

Valetudinis cauſa. Per ſanità. *Pour la ſanté.* 73.

Valetudo infirma. Infermità, & dire *infirmitas*, non à buona latinatà. *Infirmité, maladie.* 258.

Vbi vis gentium. Oue tu vuoi. *Où vous voudrez.* 267.
Vbi ſis gentium. Oue tu ſerai. *où vous ſerez.* *ibid.*
Vbi terrarum. In che parte del mondo. *En quelque part du monde.* *ibid.*
Vel perire maluerit, quàm perdere omnia. Ancora eleſſe più toſto morire, che perdere ogni coſa. *Encore aimeroit il mieux mourir que perdre tout.* Qui, *vel*, è per ancora. 261.
Venire in mentem illius temporis. Quãdo viene in mente quel tempo. *Se ſouuenir de ce temps.* 260.
Venire hæreditas. Succedere in heredità. *Succeder à l'heritage.* 265.
Verbi cauſa. Verbi gratia. Per modo di parlare. *Par maniere de parler.* 73.
Vereri ne nõ. Temer che non. *Craindre que non.* 190.
Vertere vitio. Incolpare. *Accuſer.* 95.
Vicarius. Il ſeruo, che è in vece di altro ſeruo. *Le ſeruiteur, qui fait pour l'autre.* 95.
Villa rudis. Villa nuoua. *Metairie nouuelle, en friche.* 262.
Vir experiens Huomo eſperto *Homme expert.* 275.
Viuere ætatem. Viuer. *Viure.* 110.
Vnus, & alter dies. Vno, & due giorni. *Vn & deux iours.* Qui, *alter*, ſtà per *duo*: & non ſi può dir, *duo*; ſe non barbaramente. 50.
Vnum, alterum, tertium annum Saxia quieſcebat. Riposaua Saſia vno, du, tre anni. *Saxe ſe repoſoit, vn, deux & trois ans. ibid.* Qui, *alterum*, ſignifica due, & tre: & non ſarebbe buona latinata il dire, *Vnum, duo, tres.* *ibid.*
Vna & viginti legionibus. Cõuerti vna legione. *En vingt & vne legion: conuerſion elegante.* Qui, *il minor numero* è inanzi, cioſè, *vna*, & latinamente certo. 49.
Vno tempore. Ad vno iſteſſo tempo. *En meſme.* 251.
Vſpiam. In qualche luoco. *En quelque lieu.* 267.
Vſque ad. Fino à. *Vſque*, con, *ad Iuſques à.* 273.
Vſque a, & ab. Fino à. *Vſque*, a, con a, & ab. *Iuſques à.* 264.
Vſque dum in tuum ſinum fugi. Fino à che io fug j nel tuo ſeno. *Iuſques à ce que i'ay fuy en voſtre ſein.* Qui, *vſque dum*, ſignifica fino à che. 262.
Vſque eo. Fino à che. *Si long temps.* 264.
Vſque iſthinc. Fino di coſtinci *Iuſques icy.* *ibid.*
Vſu venire. Accadere. *Aduenir.* 257.
Vt gemine ſten: vertice criſta,

In che guiſa ſtiano due penne nel cimiero. *Comme ſont deux creſtes en haut.* Qui, *Vt*, ſignifica in che guiſa. 255.

Vt Vales? Come ſtai. *Comment te Va.* Qui, *Vt*, ſignifica come interrogatiuamente. *ibidem.*

Vt amplector libens. Come ti abbraccio volentieri. *Que ie t'embraſſe Volontiers.* Qui, *Vt*, ſignifica come ammiratiuamente. *ibid.*

Vt enim quaeras omnia. Facciamo, che tu cerchi ogni coſa. *Combien que tu demandes tout.* Qui, *Vt*, ſi prende per facciamo, quantunque, poniamo che. *ibid.*

Vt Vens in Arpinum. Dopo ch'io venni in Arpino. *Apres que ie ſuis Venu là. ibi.*

Vt ne ſuccenſeat. Accioche nõ vada in colora. *A fin qu'il ne ſe fache.* Qui, *Vt ne*, tanto ſignifica, quanto ci foſſe il ne ſolamente. *ibid.*

Vti frui. Godere, *Iouir.* Qui, due verbi ſi mettono l'vn preſſo l'altro per ſola bellezza, & non per neceſſità. 268.

Vtraque Verſum. Verſo l'vno & l'atro luoco. *Vers l'Vn & l'autre lieu.* 266.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

LVGDVNI,

Excudebat Baſilius Bouquet.

1 5 8 1.